Digitized by Google

3. 2. 4

Digitized by Google

EPISTOLÆ
VINARIENSES.

Digitized by Google

Digitized by Google

EPISTOLÆ
VINARIENSES,

IN QUIBUS

MULTA GRÆCORUM SCRIPTORUM
LOCA EMENDANTUR
OPE LIBRORUM DUCALIS
BIBLIOTHECÆ

ET CURA

IO. BAPT. CASP. D'ANSSE
DE VILLOISON,
REGIÆ INSCRIPTIONUM ACADEMIÆ PARISIENSIS, LONDINENSIUM SOCIETATUM REGIÆ NEC NON ET ANTIQUARIÆ, REGIÆ BEROLINENSIS, HAPHNIENSIS. UPSALENSIS, GOTTINGENSIS, MANHEIMIENSIS, MATRITENSIS, CORTONENSIS, NEAPOLITANÆ, ARCADICÆ ROMANÆ, MASSILIENSIS &c. &c. ACADEMIARUM SOCII.

TURICI,
Sumptibus & typis Aurel. Gessn. Fuessl. & Socc.
MDCCLXXXIII.

Digitized by Google

Digitized by Google

IOHANNIS BAPTISTÆ CASPARIS
D'ANSSE de VILLOISON

AD

SERENISSIMAM PRINCIPEM

ANNAM AMALIAM
EPISTOLA

de

quibusdam NONNI Dionyſiacorum locis ope notarum nunc primum editarum emendatis.

T V R I C I,
LITTERIS AVREL. GESSN. FVESSL. ET SOCC.
M D C C L X X X I I.

Digitized by Google

Digitized by Google

SERENISSIMÆ PRINCIPI

ANNÆ AMALIÆ,

CAROLI AVGVSTI

SERENISSIMI DVCIS

SAXO - VINARENSIS FELICITER NVNC REGNANTIS MATRI.

S. P. D.

IOHANNES BAPTISTA CASPAR D'ANSSE DE VILLOISON.

Digitized by Google

Digitized by Google

Serenissima Princeps.

Quod notas Philologicas & Græci Dionyſiacorum Textus emendationes Tvæ Celsitvdini conſecrare audeam, nemo mirabitur, qui quidem ſciat, (et quis hoc nescit) Te non ſolum in pictura & in muſica eminere, phyſicas nec non et mathematicas disciplinas, anglicam, etruscam & gallicam linguam ut germanicam, ſic prorſus callere, in iisque non habitare, at regnare, ſed etiam ad græcas literas, quarum dulcedinis, ne expers maneres, Tibi auctor fueram, animum adpuliſſe, earumque ſtudio illam patientiam, conſtantiam, vim, fortitudinem, illam ingenii acerrimi & acutiſſimi ἀγχίνοιαν et εὐστοχίαν exerere, quarum tot & tanta ſpecimina in præliis & in literis literatisque viris ſovendis dederunt Eſtenſes & Brunſviaci auguſtiſſimæ Tvæ & ſemper triumphantis Domus heroes.

Digitized by Google

Præterea, Serenissima Princeps, quidquid pertinet ad illud NONNI Poëma, in quo Bacchi Indorum victoris & celeberrimi totius antiquitatis Mythicæ Ducis ac Herois res fortiter geſtæ, bella & victoriæ decantantur, id jure ſuo repetere atque ſibi vindicare poteſt Celsitudo Tva, quæ velut illa proles Semeleia quam Nonnus cecinit, inter belli fulmina fuit edita, inter victrices lauras educata crevit, & quocumque circumferret oculos, nihil in Ædibus ſuis vidit, niſi triumphos, ſive majores ſuos, ſive fratres & avunculos ſuos Brunſviacos, ſive alium avunculum ſuum, Boruſſiæ Achillem ſimul & Homerum & Solonem & Regem, magnum Fridericum, reſpiceret.

Denique Tuæ eſſe Tvoque Augusto nomini dicatæ eſſe debent illæ notæ, quarum editor totus tuus eſt ex animo, & quamdiu ſpirabit & erit ſui memor, tamdiu etiam quot & quanta tibi debere glorietur, gratiſſimus agnoſcet. Quas tibi offero emendationes, illæ in Sereniſſimi tui filii Caroli Auguſti, Vinariæ feliciter nunc regnantis palatio & ſub illius umbra ita deſcriptæ, copioſiſſimæque ipſius & ſelectiſſimæ tuæ Bibliothecæ Libris atque ſubſidiis confirmatæ & auctæ ſunt, ut fere cum Virgilio, alium Auguſtum virtute multo inferiorem celebrante, in has voces poſſim erumpere, *Deus nobis hæc otia fecit. Namque erit ille mihi ſemper Deus*, &c. Et quidni cum eodem vate exclamem: *non tam præſentes alibi cognoſcere divos!* Nihil enim ad ſublime & erectum ingenium natura inſitum, literis excultum & arte politum, nihil ad egregiam illam & vere regiam animi magnitudinem Celſitudinis Tuæ atque ſereniſſimi Tui filii, & ſereniſſimæ Tuæ nurus, quæ tantas virtutes animi ingeniique dotes, tantam doctrinam & elegantiorum artium atque humaniorum lite-

rarum peritiam modeſtiæ velo tegere atque eadem cura premere vellet, qua alii oſtentare nituntur, niſi eam proderet & argueret ſtaturæ dignitas & oris majeſtas, divinæ mentis Index, nihil, inquam, ad hæc & alia veſtra ornamenta poſſet accedere, niſi ſumma veſtra humanitas, comitas, affabilitas & indulgentia, quam toties expertus ſum & quotidie experior, tot tantisque cumulatus beneficiis in eruditiſſima veſtra aula, quæ ſummis viris Gœtheo, Wielando, Herdero, Seckendorfio aliisque abundans, & clariſſimis totius Germaniæ luminibus collucens, cum Alexandrina Ptolomæorum, & cum Etruſca Medicæorum comparari poſſet, niſi ſereniſſimo tuo filio, ut parem doctrinam, eumdem literarum quas callet, literatorumque quos ſovet, amorem, eamdem limati & exquiſitiſſimi iudicii ſagacitatem, ita maiorem probitatem, iuſtitiam & integritatem a teneris unguiculis inſtillaviſſes & cum generoſiſſimo ſanguine transſudiſſes.

Notas autem illas, quæ Tibi multis nominibus, ut duxi, debebantur, inveni in margine cuiusdam exemplaris Dionyſiacorum, quod, dum Venetiis, quo a Chriſtianiſſimo Rege miſſus fueram, degerem, ex inſtructiſſima Porcelli, Neapolitani Bibliopolæ taberna, mihi tranſmittendum & comparandum curaverunt honeſtiſſimi & doctiſſimi Coleti, Bibliopolæ Veneti. Et hoc quidem Exemplum erat ſecundæ Editionis. Nam hucusque, Serenissima Princeps, non habemus niſi duas, easque parum accuratas Editiones huiuſce poëtæ, turgidi quidem & ampullis, canoris nugis & verbis ſesquipedalibus ad nauſeam pleni, ſemper licentia plusquam Dithyrambica ἀπροσδιονύσως bacchantis & ſuo Iaccho inflati atque ebrii, ſed ex quo tamen multa erui poſſunt ad Mythologiam reconditam & pleniorem

antiquitatis notitiam, quæ fruſtra in alio Scriptore quærerentur.

Prior editio nitidiſſima a Gerarto Falkenburgio Noviomago curata & elegantiſſimis Chriſtophori Plantini typis in ſplendida charta excuſa prodiit Antverpiæ ſine verſione latina, forma quam vocant in 4°. anno CIↃ CI LXXIX. Hanc Falkenburgius dedicavit Iohanni Sambuco, viro de literis Græcis antiquisque auctoribus optime merito, e cuius Bibliotheca tot Scriptores hactenus inediti emerſerunt, quique Nonni Exemplar, quo olim Arſenius Monembaſiæ Epiſcopus uſus fuerat, Tarenti ab homine ἀμούσῳ, πλέον ἀργυρίου πισύρων μνῶν, XLV aureis emerat, & edendum cum Gerarto Falkenburgio benigne communicaverat, quod hic gratus confitetur in venuſtiſſimis verſibus græcis (quales pangere ſolebat vir eruditiſſimus) præfixis utrique ſuæ Dionyſiacorum Editioni, & in præfatione ſuarum in Nonni Dionyſiaca *Lectionum & coniecturarum*, quæ ad utriusque calcem reiectæ ſunt. Harum quidem emendationum nonnullæ receptæ ſunt in textum poſterioris Editionis, quæ Hannoviæ cum latina, eaque inepta, Eilhardi Lubini verſione, forma in 8°. anno 1605. emiſſa eſt, & prioris chartæ nitorem & typorum ſplendorem minime æquat. Huiusce poſterioris editionis quibusdam exemplaribus Bibliopola, mutata duntaxat prima omnium pagina quæ titulum præfert, Petri Cunæi epiſtolam nuncupatoriam ad Iohannem ab Olden-Barnevelt, & Cornelium van der Mylen, Bataviæ proceres præfixit, & eiusdem Petri Cunæi *animadverſiones in Nonni Dionyſiaca*, *Danielis Heinſii de Nonno Diſſertationem*, Petro Cunæo inſcriptam, & *Ioſephi Scaligeri coniectanea;* quibus accedunt *Falkenburgii quædam lectiones ex ſecundis*

cundis eius Curis, ita ſubiecit, ut; hiſce 216. p. ad ſinem additis, editio plane nova eſſe videatur, quod multis fraudi fuit.

Primæ paginæ puræ & rectæ huiusce exemplaris ex quo haſce notas edidimus, quodque hiſce additamentis non caret, præmiſſum eſt, *ex Bibliotheca Ioh. Meurſii*, quod forte ipſiusmet manu exaratum fuit. In averſa legitur aliis literarum formis ſcriptum, *G. F. Wilp.* quod fuit poſſeſſoris nomen, qui hæc deinde propria manu adjecit: „ *Emendationes in margine viri* „ *cuiusdam doctiſſimi harumque literarum peritiſſimi*, *bonæ ſunt* „ *frugis*; *forte ipſius Meurſii*, *& ex codice eius deſcriptæ.*

„ *Gerartus Falcoburgius* (*ſic*) *qui lectiones ad Nonnum* „ *ſcripſit*, *Neomagus fuit*, *eloquentiæ ac doctrinæ omnigenæ* „ *gloria cumulatiſſimus*, *græceque ad miraculum eruditus*, *addidit iuvenis has ad Nonnum notas. Carmina eiusdem græca* „ *J. Douſa ſuo in Tibullum Schediaſmati ſubiunxit*, *pluraque* „ *alia alibi ſparſim edita leguntur. Aliæ item lucubrationes eius* „ *in Acad. Lugdun. Batav. reſervantur. Vixit apud Hermannum comitem de Nieuwenair in Vbiis*, *ac* (*quod deplorandum*) „ *vino depoſitus iter faciens equo delapſus periit anno Domini* „ CIↃ IↃ LXXVIII, VIII. *Idus Sept. annos natus* XL. *Steinfurt.* „ *v. Andr.*"

Hactenus G. F. Wilp. Certe illæ coniecturæ ab ipſomet Meurſio in hoc Exemplari ſcriptæ eſſe nequeunt, cum una ex illis ſic habeat ad lin. 18. p. 356. " Τριῆος *recte emendavit Meurſius*," niſi putes hanc, ut alias emendationes, à quodam hujuſce libri poſſeſſore, quem Batavum fuiſſe arguit manus & literarum forma, e Meurſii codice deſcriptam fuiſſe. Cujuscunque tandem illæ ſint, Serenissima Princeps, non poteſt negari,

Digitized by Google

eas acutiſſimas & quaſi ſemper veriſſimas eſſe, & forte etiam feliciores, quam ut a Meurſio proficiſci potuerint, de cuius critico acumine & εὐστοχίᾳ, quae ipſius immenſae eruditioni & indefeſſae in legendo excerpendoque diligentiae minus reſpondebat, vide quid ſentiendum ſit in aureo illo Tiberii Hemſterhuſii Elogio, in quo verum perfecti & omnibus numeris abſoluti Critici exemplar elegantiſſime & ſapientiſſime, ut ſolet, nobis propoſuit magnus ille Rhunkenius. Has coniecturas in Batavia natas eſſe ſuſpicor, quae ſemper criticis viris & graece doctiſſimis abundavit, ſed numquam magis quam hodie, cum Rhunkenio, Valkenaerio, Wyttenbachio &c. ſummis illis viris & ſupra noſtras laudes longe poſitis, doctiſſimisque eorum alumnis ex hoc ludo, tamquam ex equo Trojano proſilientibus, gloriatur. Atque haec quidem erant neceſſario monenda de hiſce notis, quibus ea, quae ſubieci, uncis incluſa ſunt. Tu autem, Serenissima Princeps, Germaniae & ſexus tui immo & celſiſſimae tuae conditionis gloria & decus, his fruere, & vale, literas graecas colere earumque cultoribus, mihique, qui, ut in illarum peritia omnibus ſic in amore nulli cedo, favere perge, hocque exiguum ſubmiſſi obſequii, ſummae venerationis admirationis & gratitudinis pignus accipere ne dedigneris.

Dabam in aedibus Sereniſſimi Ducis Regnantis Saxovinariae
die 30. Iulii 1782.

Digitized by Google

Emendationes in Nonni Dionyſiacorum Librum primum.

P. 10. lin. 27. Κυρτὸν ἐπιςορέσας λοφίην ἐπιθήτορι κέρῃ. Reddo Nonno verbum ſuum ἐπιβήτορι. Sic & puellam ἡνίοχον vocat.

P. 22. l. 9. & 10. ἔβρεμε δ' ΗΧΗ ὀυρανίῳ κενεῶνι πεπαρμένος ὄρθιος ἄξων μεσσοπαγής. Scribo ἦχι.

P. 26. l. 6. Καὶ βύθιον μετὰ τέρμα μετὰ χθονὸς ΕΥΛΟΧΟΝ ἕδρην. Scribo ἔυλοφον.

P. 30. l. 4. Ὀκλαδὸν ἀντέλλων ΕΠΙΚΑΙΡΙΟΣ. Scribo ἐπικάρσιος. (Sic & coniecerat Joſephus Scaligerus p. 203. coniectaneorum ſuorum, quæ ad poſterioris Dionyſiac. editionis Calcem reiecta ſunt.)

P. 32. l. 7. Κερδαλέης σύριγγος ἀλεξικάκῳ σέο ΜΟΡΦΗ. Scribo μολπῇ. [Sic & coniecit Joſephus Scaligerus p. 203. coniectaneor. Confer ibidem infra p. 32. l. 31. ΤΕΡΨΙΝΟΟΥ ΣΥΡΙΓΓΑΣ ἐδίζετο γείτονα ΜΟΛΠΗΝ & libr. II. p. 42. lin. 31. Ὥς ὅ γε κερδαλέης δεδονημένος ἄσθμασι ΜΟΛΠΗΣ.]

P. 34. l. 19. & 20. Ἀλλὰ σὺ ΜΕΛΠΩΝ ΠΕΜΠΕ μέλος δονακῶδες. Scribo μέλπε. [mihi quidem τὸ πέμπε hic magis arridet. Sic infra p. 36. l. 2. ἠνεμόεν μύκημα βόες ΠΕΜΠΟΥΣΙ σελήνης; & p. 38. l. 31. & 32. λεπταλέον φύσημα μεμυκότι χείλεϊ ΠΕΜΠΩΝ θλιβομένοις μελέεσσιν ὑποκλέπτων τόνον Ἠχῦς.

P. 38. l. 7. μέλος πλήκτροισι ΤΙΤΑΙΝΩΝ. Scribo λιγαίνων. [Idem coniecerat Petrus Cunæus p. 15. animadverſ. ſed τὸ τιταίνων potuit ſcribi a Nonno ob πλήκτροισι.]

Emendationes in Librum ſecundum.

P. 48. lin. 5. Ἀλλη δευτερόφωνος ΕΡΕΔΡΟΜΟΣ ἔσσομαι Ἠχώ. Scribo ἐρίβρομος. (Notandum autem ἐρέδρομος pro ἐρίδρομος ſcriptum fuiſſe in poſteriori editione, operarum vitio, quod & in Indice errorum typographicorum correctum fuit, & in priori diſerte

Digitized by Google

legi ἐρίδρομος atque Falkenburgium in lectionibus & coniecturis ſuis utrique editioni ſubiectis, conieciſſe ὀρείδρομος.)

P. 50. l. 12. Ὄφρα ΔΕ αὐτὴν. Scribo ὄφρα κέ μ'αυτὴν.

Ibid. P. 50. l. 16. Φαέθων δὲ ΠΑΛΙΝΔΙΝΗΤΟΝ ἐλάσας. Scribo πόλον δινωτὸν ἐλάσσας; *id eſt*, relicto volubili & tortili cœlo. (obſervandum in priori editione Dionyſiac. Falkenburgium dediſſe πολὺ δινωτὸν, quod proprius accedit ad illam veram noſtri Anonymi emendationem, & in ſuis *lectionibus & coniecturis* infeliciter conieciſſe παλινδίνητον, quod hinc in poſteriorem editionem receptum fuit.)

P. 52. l. 19. οἷα δὲ ΜΑΚΡΟΥΣ. Scribo οἷα τε μακροί.

P. 54. l. 16. Καὶ εἰ Τιτηνὶς ἀκούσω. Noſter Anonymus calamo delevit τὸ σ τοῦ ακούσω, ut ſit ἀκούω.

P. 64. l. 20. Αἰτναῖοι ΔΕ τένοντες. Αιτναῖοι τε multo melius & commodius.

P. 66. l. 13. Εζόμενος πτερόεντι χρόνου τετράζυγι δίφρῳ. Scribo Κρόνου.

P. 70. l. 5. Καὶ στεροπὴν Διῒ πάλλε. Scribo διέπαλλε. (Petrus Cunæus minus feliciter coniicit χερὶ πάλλε p. 32. animadverſ. in Nonni Dionyſiac. quæ poſteriori editioni ſubiectæ ſunt.)

Ibid. p. 70. l. 30. Ὑδρηλὴν προτέρην μετεκίαθεν ΕΜΦΥΛΟΝ ὕλην. Scribo ἔμφυτον.

P. 72. l. 23. Καὶ θύσιν εἰσορόων βλοσυρῆς ἀντώπιον ΗΧΟΥΣ. immo Ἠοῦς. (Sic legit Falkenburg. in ſecundis curis ad culcem poſterioris editionis p. 203.)

Ibid. p. 72. 25. Ἔιαρι ΝΗΣΑΙΟΝ Ζεφυρήϊδος ἦχον ἱμάσλης. Scribo ἐιανιρῆς αἴων. [Scilicet Anonymus calami lapſu dedit ἐιανιρῆς αἴων pro ἐιαρινῆς αἴων. Quod & acute coniecerat Joſephus Scaligerus in coniectaneis appoſitis ad calcem poſterioris editionis Nonni p. 203. In hac autem feliciſſima & veriſſim emendatione ne ulla quidem littera mutata fuerat; nam in priori editione legebatur εἴαρι

νησαίων, pro quo Falkenburgius infeliciter coniecerat εἴαρι Νησαίον, quod & in poſterioris editionis textum & in verſionem latinam male receptum fuit. Quid enim ſibi vult illud Lubini omnium ineptiſſimi interpretis, *vere Niſeum?* Certiſſimam illam Scaligeri & noſtri Anonymi coniecturam confirmant hæc eiusdem Nonni, qui, quod fere ſit, optimus ſui eſt interpres & criticus, & ſic loquitur libro primo p. 48. l. 19. & 20. Ἔσσομαι ΕΙΑΡΙΝΟΙΟ φίλη ΖΕΦΥΡΟΙΟ χελιδὼν φθεγγομένη λάλος ὄρνις ὑπωροφίης μέλος ἠχοῦς.

P. 74. l. 20. Ὑψιτενὴς καὶ ΝΩΘΡΑ βαλών. Lego καὶ νῶτα βαλών.

P. 78. l. 1. Βρονταίην ΕΛΑΧΕΙΣΑΝ ἐδείδιες ὄμβριμον ἠχώ. Scribo σελαγεῦσαν. (Sic Nonnus dixit Libr. II. p. 52. l. 10. ὡς δαΐδες σελάγιζον; & ibid. l. 16. σελάγιζε παλίνδρομος ἄστατος αἴγλη, & libr. XLVIII. p. 1250. l. 26. Καὶ δαΐδες σελάγιζον. Notandum autem in priori editione legi ἐλάχευσαν, & Falkenburgium conieciſſe ἐλάχειαν, quod, inquit, p. 1315. *Lection. & coniecturar.* hæc dictio paſſim apud hunc auctorem eſt obvia, & Nicander in Theriacis κράατι δ' ἐμβαρύθει, ΕΛΑΧΕΙΑ δὲ φαίνεται οὐρή. In poſteriori vero Dionyſiac. editione, in quam plurimæ Falkenburgii coniecturæ, nec illæ ſemper felices, receptæ ſunt, operarum vitio excuſum fuit ἐλάχεισαν pro ἐλάχειαν. Certe latina verſio hic habet *parvam.*)

P. 78. l. 20. Τεύξω σοὶ πανάποτμε ΚΕΝΗΡΙΟΝ. Κενήριον eſt κενοτάφιον.

P. 80. l. 11. Ῥηγνυμένης κενεῶνα κεχηνότα ΕΙΡΞΕΝ ἀρούρης. Legendum omnino πῆξεν, non ut doctiſſimus Falkenburgius. (Sciendum autem pro ἧξεν, quod in priori editione legitur, Falkenburgium conieciſſe εἶρξεν, quod in poſteriorem receptum fuit. Petrus Cunæus. p. 37. Animadverſ. in Nonni Dionyſiac. obſervat pro corrupto ἧξεν quosdam in comparabiles viros viros repoſuiſſe ὦιξεν, quod cum ſententia loci pugnare affirmat, ſe autem præferre φράζεν. His autem verbis *in comparabiles viros* Scaligerum innuit, ὦιξεν conjicientem p. 203. coniect.)

Digitized by Google

Emendationes in Librum tertium.

P. 88. lin. 3. ΑΠΛΟΑ σιγαλέης ἐτανύσσατο νῶτα γαλήνης. Scribe ἄπνοος. [Sic. an ἄπνοα?]

P. 90. l. 26. Καὶ δὴ καὶ γαμίων ΕΜΒΑΛΛΕΟ φόρτον ἐρώτων. Scribe ἐκβάλλεο, ſcilicet exonera curam illam de filiæ Harmoniæ nuptiis.

P. 92. l. 3. Κίοσιν ὑψωθεῖσα τανυσσαμένη τότε κάδμῳ. Noſter Anonymus poſt ὑψωθεῖσα diſtinguit.

Ibid. p. 92. l. 19. Τετράγυος πρὸ δόμοιο, καὶ ἄρσενα φῦλα ΠΕΤΑΣΣΑΣ. Scribe πελάσσας.

P. 98. l. 22. Εἰρομένῃ ΠΕΤΑΣΑΣ φιλοπεύθεα θῶκον ἀνάσσῃ. Lege πελάσας φιλοπευθεῖ θῶκον ἀνάσσῃ, *id eſt*, aſſidens.

P. 104. l. 12. Θηλυτέρας ὠδῖνας ΕΜΩ. μαιώσατο κόλπῳ. Lege ἐῷ. (Sic emendaverat & Joſephus Scaligerus p. 203. coniectan.)

Emendationes in Librum quartum.

P. 112. l. 4. Ἀλλ᾽ ὅτε πορφυρέοισι πέδον ΣΤΙΛΒΟΥΣΑ πεδίλοις. Eg. (Sic, an ego?) Στείβουσα. (Idem coniecit & Scaliger. p. 203. coniectan.)

P. 114. l. 28. Ἀλλὰ περισφίγξασα δέμας φρενοθέλγεϊ ΘΕΣΜΩ. Eg. δεσμῷ, nimirum ceſto ſuo quem κερδάλεον ζωστῆρα vocat (verſu ſequenti.)

P. 122. l. 7. Εἰς ΠΟΛΟΝ οἰστρήσασα πόθῳ πειθήμονα κούρην. Scribe εἰς πόθον. (Idem coniecerat Petrus Cunæus p. 60. Animadverſ. in Nonni Dionyſiac. obſervans eum impenſe hiſce παρομοίοις gaudere.)

P. 130. l. 18. Σιγαλέης λάλον ΕΙΜΑ δυσιλακάτου φιλομήλης. Αἷμα legendum omnino arbitror. (Idem coniecerat Joſ. Scaligerus p. 204. coniectan.)

P. 130. l. 29. ΑΣΤΕΑ καλλιπέτηλα διαςείχων Πανοπῆος. Ἄλσεα Lego, tum quod facta in ſolitudine hæc conſtet, tum quod Epitheton poſcere videatur.

P. 132. l. 25. Ἄλλῳ δ' ἄλλος ΕΡΕΙΣΕ. Scribo ἔρισσεν. Ex Fabula notum eſt me verum dicere.

Emendationes in Librum quintum.

P. 134. l. 2. Καὶ ΑΟΡΙ μάρναλο λαῷ. Ἄονι.

Ibid. p. 134. l. 6. Καὶ ΔΙΔΥΜΑΙ ςρατιῇσιν ΕΡΙΣ ξύνωσεν Ἐνυώ. Hic noſter Anonymus calamo corrigit διδύμαις pro διδύμαι, quod operarum vitio irrepſerat in poſteriorem editionem, & pro ἔρις, quod in utraque ἔριν, ad marginem reponit.

P. 144. l. 28. Καὶ γαμίῃ σάλπιγγι μελίζετο ΘΥΜΟΝ ἐρώτων. Hoc loco, ut p. 98. μῦθον, αντὶ τοῦ θυμὸν lego.

P. 150. l. 11. ΠΟΝΤΟΣ ἔην. Scribe πλῆτος. (Ego retinendum πόντος cenſeo ob ſequentia. Illa vox πόντος, hic immerito exulare iuſſa, in mentem mihi revocat egregiam & veriſſimam emendationem cuiusdam Scylacis loci e Periplo. p. 142. Edit. Gronov. quam, etſi alieno loco, non poſſum non hic deponere, in gratiam eorum qui numquam oculis uſurpaverunt & forte numquam uſurpabunt auream *obſervationem critico-antiquariam de Ara Neptuno dedicata ad locum Scylacis*, Auctore Johanne *Phil. Caſſelio publico profeſs. eloquentiæ & literar. Human. Bremæ* 1765, quæ, cum uno duntaxat Folio in 4to conſtet, numquam fortaſſe in Galliam perveniet, & futuros latebit Editores Scylacis ſic loquentis: Ἐπὶ δὲ τῷ ἀκρωτηρίῳ τῆς ἄκρας ἔπεςι βωμὸς μέγας, ΠΟΙΝΗΣ Ποσειδῶνος. ἐν δὲ τῷ βωμῷ εἰσι γεγραμμένοι ἀνδρίαντες, λέοντες, Δελφῖνες. Δαίδαλον δέ φασι ποιῆσαι. Hanno, qui in Periplo huiusce aræ mentionem facit, nusquam addit eam ſacratam fuiſſe vindictæ ſimul & Neptuno, qui certe nihil commune habent, quo-

Digitized by Google

rumque illa in alienum locum intruſa eſt, cum præterea omnia ſigna huic aræ inſcripta ad ſolum pertineant Neptunum. Omnino igitur cum Clariſs. Caſſelio legendum βωμὸς μέγας Ποντοποσειδῶνος, quo nomine paſſim a græcis deſignatur Deus ille maris arbiter.

Ibid. p. 150. l. 27. Τετράκις ΕΝΘΕΑ κύκλα διαπλώσασα σελήνης. Iacet hic locus. Quomodo enim poſt quatuor menſes quatuor filios parere potuiſſet Harmonia? Reſtituo, unica literula, τετράκις ἐννέα κύκλα. [Eodem prorſus modo & ob eamdem rationem correxerat Petrus Cunæus p. 73. animadverſ.]

P. 166. l. 33. & p. 167. l. 1. Ἀκταίων μελάμειπτο καὶ ΕΠΛΕΤΟ νεβρὸς ἐχέφρων. ὅς ποτε θῆρας ἔπεφνε. Diſtinguo aliter hunc locum & lego ἔκτατο, ut poëtæ acumen ſuum ubique conſtet. (Scilicet noſter Anonymus poſt ἐχέφρων, non punctum ſuperius, ut in utraque editione, ſed ſubdiſtinctionem ponit. Notandum autem Falkenburg. in priori editione dediſſe ἔπτετο, & in *lectionibus* & *coniecturis* conieciſſe ἔπτατο pro ἔπτετο, ſeu ἔπλετο, quod ultimum in poſteriorem editionem receptum, & ab interprete latino retentum.)

P. 170. l. 30. Ζωοτύπον δ' ΙΚΕΤΕΥΕ πολύτροπον. Omnino ſcribendum eſt ἴχνευε: Diana enim adhuc inveſtigabat Actæona, ut, ſi quæ eſſent reliqua eius, diſcerperet.

P. 174. l. 16. Λήμνιον ἀρτιτέλεστον, ΕΠΙΠΝΕΙΟΝΤΑ καμίνου. Non dubito ἔτι πνείοντα.

Emendationes in Librum ſextum.

P. 176. l. 1. Οὐδὲ πατὴρ ΠΟΤΕ μοῦνος ἔχεν πόθον. Scribe τότε.

P. 182. l. 18. Τριπλόον ὀμφαίης ἀνερεύγετο θέσφατον ΗΟΥΣ. Repone meo periculo, quisquis es, ἠχοῦς.

P. 194. l. 20. Μύθῳ ἀπειλητῆρι τινασσομένη Διὸς ὄμβρῳ. Iacet hic locus, nec ſatisfacit doctiſſimus Falkenburg. Lego κερασσόμενος,

κεραϲϲόμενⴘ. Ita enim loquitur Nonnus. (Scilicet Τιναϲϲομένην coniicit Falkenburg. & in priori editione legitur μῦθον pro μύθῳ.)

Ibid. p. 194. l. 22. Ἀϲχαλόων ΤΙΝΑ γαῖαν ἀνοχλίϲϲειε τριαίνῃ. Noſter Anonymus calamo corrigit ἵνα pro τίνα.

P. 200. l. 19. Καὶ φύϲις ΟΨΕ τάλαϲϲε. Noſter Anonymus ἄψε. (An voluit ἄψ ἐτάλαϲϲε. Multo melius Petrus Cunæus p. 88. Animadverſ. in Dionyſiac. emendat ἄψ ἐγέλαϲϲε, ut multo poſt Lib. 38. p. 990. 11. Γαῖα δὲ πᾶϲα ΓΕΛΑΣΣΕ ΤΟ ΔΕΥΤΕΡΟΝ. ἠερόθεν δὲ Ζωοτόκȣ Διὸς ὄμβρⴘ ὅλας ἐκάθηρεν ἀρȣ́ρας.)

Emendationes in Librum ſeptimum.

P. 202. lin. 12. Ἀλλὰ Διὸς πετάϲας ἐπιγȣνίδα λευκάδα χαίτην. Monſtroſum emendo πελάϲας ἐπὶ γȣνίδι &c. (Petrus Cunæus p. 88. animadverſ. emendat πετάϲας ἐπὶ γόναϲι.)

P. 202. l. 21. Ὤριον ἀμώȣϲα ΤΑΧΥΝ φθιμένης ϲάχυν ἥβης. Scribo ταχύ. (Sic & ſcribit Petrus Cunæus p. 89. Animadverſ.)

P. 202. l. 33. Κῦφⴘ ὅτε. Scribo κωφὸς (ſic) cum Apollon.

P. 210. l. 32. Στικτὰ πολυραθάμιγγι ΔΕΔΕΥΜΕΝΑ φάρεα λύθρῳ. Scribo βεβρεγμένα. (In priori editione legitur δεδεγμένα, pro quo Falkenburg. coniecit δεδευμένα, quod & in poſteriorem receptum.)

P. 212. l. 30. & 31. Καὶ Σεμέλην ὀρόων ΑΝΕΠΑΛΛΕΤΟ, μὴ ϲχεδὸν ὄχθης Εὐρώπην ΕΝΟΗΣΕ τὸ δεύτερον. Puto legendum ἀνεβάλλετο μὴ ϲχεδὸν ὄχθης Εὐρώπην ἐνόηϲα τὸ δεύτερον, ut ſit ἐρώτημα.

P. 214. l. 31. Ἐις λέχⴘ Ἐνδυμίωνⴘ ΑΚΟΙΜΗΤΟΙΟ νομῆⴘ. Scribo ἀμωμήτοιο. Quis enim tam infans ut neſciat ſomnolentiam Endymionis proverbio inſignem? (Imo apud Theocritum eſt ὁ τὸν ἄτροπον ὕπνον ἰαύων Ἐνδυμίων, ait. p. 96. Animadverſ. Petrus Cunæus, qui difficultatem quidem ſentiebat, ſed eam ſuperare non valuit.)

P. 216. l. 9. Καὶ τάχα Τειρεϲίαο παλαιοτέρην μετὰ ΝΙΚΗΝ. Γρ. νείκην.

Digitized by Google

Emendationes in Librum octavum.

P. 228. l. 5. Ὀυρανὸς ἵλήκοι, μερόπων δόμǷ, ἄξονα βαίνοι. Quid illi cum axe? Scribo ἐις χθόνα. [Idem coniecit Petrus Cunæus p. 100. Animadverſ.]

P. 228. l. 10. Νῦν ΠΟΘΕΝ ἠρεμέεις ἐπικόλπιον ὑιέα Λητῦς. Scribe νῦν δ' ὅταν.

P. 234. l. 24. ΣΤΟΙΧΟΝ ἐς ἀντικέλευθον ἑὴν ἔκλινεν ὀπωπήν. Scribe τοῖχον, quod ratio & ſenſus poſtulant.

P. 234. l. 33. Καὶ χλόος ἦν ΕΠΙΩΝ μελέων πάρος. Scribo ἐπ' ἑῶν. Falkenburg. in priori editione dederal ἐπεῶν, & coniecerat ἐπιών, quod in poſteriorem receptum.

P. 240. l. 6. Βρόντη ἑσιλήθης. Lege ἐσυλήθης.

Ibid. p. 240. l. 7. Ἥρης ξυνὰ παθῦσα παρήγογε. Lege παρήγορα. [In priori editione παρήγορε] pro quo in poſteriori, operarum nempe vitio, παρήγογε.

Emendationes in Librum nonum.

P. 252. l. 28. Ἄξια σῶν καμάτων ὀπάσει θρεπτήρια ΝΕΙΛΟΥ. Scribe κείνυ, Bacchi ſcilicet. [Sic Petrus Cunæus p. 101. Animadverſ. emendat κόρυ. Hinc, ait, poſtea conqueritur infantis huius nutrix, καλά μοι ἀργικέραυνε πόρες θρεπτήρια βάκχυ.]

Emendationes in Librum undecimum.

P. 314. l. 23. Κάλπιν ἔχων ΕΥΔΕΝΔΡΟΝ. Scribe ἐπὶ δένδρον. [Joſeph. Scaliger. p. 205. coniectan. coniecit. ἔυυδρον.]

Emendationes in Librum duodecimum.

P. 330. l. 4. ΑΜΦΙΠΟΡΟΣ Φαέθοντος ἀελλόπος ἔδρακεν Ὥρη. Lege ἀμφίπολος.

Digitized by Google

P. 332. l. 4. Καὶ γαμίην μετὰ ΑΤΣΣΑΝ ἀελλοπόδων ὑμεναίων. Lego μετὰ νύσσαν, eleganter pro μετὰ δρόμον.

P. 332. lin. 5. Καὶ Παφίης μετὰ μῆλα λεοντείην ΕΤΙ μορφήν. Lege ἐπὶ μορφήν.

P. 340. l. 16. Ἀνδροφόνῳ· σὺ δὲ ΜΩΜΟΝ Ἀμαδρύεσσιν ἀνάπτῃς. Lege κῶμον.

P. 344. l. 13. Ἄλλη πρεσβυτέρη πέλεται φάτις, ὥς ΠΟΤΕ γαίῃ. Lege ποτὶ γαίῃ.

P. 346. l. 13. Πετραίην βαθύκολπον ἐδύσατο γείτονα ΧΥΤΗΝ. Lege χηλήν; non ut doctiſſimus Falkenburgius, κοιτήν. [Sic enim coniecerat Falkenburg. & Scaligerus p. 205. Coniectan. χειήν.]

Emendationes in Librum decimum tertium.

P. 356. l. 18. Ξεινοδόκον μεθέπουσαν ἐπωνυμίην ΕΡΙΗΟΣ. Τριῆος recte emendavit Meurſius. [Sic & coniecit Joſephus Scaligerus p. 205. Coniectan.]

P. 358. l. 12. Εἶχον ἕδος, καὶ ΓΑΙΗΣ Τάμπολιν. Scribo omnino καὶ γαῖαν. Nota Etymologia.

P. 362. l. 11. Μυστιπόλοι ΤΑΛΑΡΟΙΟ καὶ Εὐκάρποιο θεαίνης. Lego ταλαοῖο, teſte Euſtathio & Apollodoro.

Emendationes in Librum XIV.

P. 386. l. 14. Ἀλλὰ μετὰ ΒΡΟΤΕΗΝ, προμάχων ἡρωΐδα φύτλην. Scribe βρομίην. [In priori editione Falkenburg. dederat βροτίην, pro quo βροτέην coniecit, in poſteriorem receptum.]

Ibid. p. 386. l. 15. Καὶ στρατιὴν ζαθέην διδάξατε φοιβάδες Ὧραι. Lege αὖραι. [Scaligerus coniecerat ᾠδαί p. 205. Coniectan.]

P. 398. l. 16. Γείτονες ἰοιονόμων ΕΠΙΜΗΛΙΔΕΣ. Lege ἐπιηλύδες. Nam Nymphas tunc adveniſſe ait. [In priori editione ἐπιμηλύδες, pro quo Falkenburg. coniecit ἐπιμηλίδες, quod in poſteriorem edi-

tionem receptum. Scaligerus autem emendavit ἐπιμηλάδες p. 206. Coniectan.]

P. 410. l. 11. Καὶ πολὺς ἐσμὸς ἔπιπτεν, ὅλη δ' ἐρυθραίνετο ΑΙΘρῳ. Scribo λύθρῳ. [Hoc prioris editionis mendum Typographicum Falkenburg. correxit in poſterioris errorum Indice.]

Emendationes in Librum XXIII.

P. 608. lin. 23. Καὶ ΠΛΩΤΗΣ ἀδίαντος ἐπ' ἀσπίδος οἴδματα τέμνων. Scribendum πλωτὴρ: vector nuptiarum Leander, καὶ νύχιον πλωτῆρα θαλασσοπόρων ὑμεναίων; *nocturnum natatorem in mare tranſeuntem nuptiarum*, potius *vectorem.* Ita Romani loquuntur, *vector nuptiarum.* Teſtis mihi Naſo, qui Aſellum Sileni *vectorem* vocat. Idem de Leandro: *Idem navigium nautaque vector ero.* Cuius vocabuli uſus eſt elegantiſſimus. [Sic Nonnus L. 3. p. 102. l. 29. & 30. de Jove in Taurum verſo qui Europam rapuit: ἄγριον ἅρπαγα νύμφης, Ταῦρον ἀκυμάντοιο νόθον ΠΛΩΤΗΡΑ θαλάσσης. Idem de eodem Libr. I. p. 12. l. 8. Ξεῖνον ἰδὼν ΠΛΩΤΗΡΑ κερασφόρον. Cum verſu Ovidii, quem ſupra attulit noſter Anonymus, confer hæc eiusdem Nonni de Europa loquentis Libr. I. p. 12. l. 32. & 33. Καὶ βοὸς ἀφλοίσβοιο κυβερνήτειρα πορείης κούρη φόρτος ἔην καὶ ναυτίλος. Nonnus autem adeo delectatus eſt hac voce πλωτὴρ, ut etiam Libr. I. p. 17. l. 8. & 9. Εὐρώπην λιπόπατριν ἐφεζομένην τινὶ ταύρῳ, Ἅρπαγι καὶ ΠΛΩΤΗΡΙ, καὶ, ὡς δοκέω, παρακοίτῃ.]

Emendationes in Librum XXVI.

P. 676. l. 11. Γνωτῷ δ' ΕΣΣΟΜΕΝΩΝ ἑτέρην μνηστεύετο νίκην. Scribe ἐσσομένην. [Sic legit interpres latinus vertens *futuram*, quamvis in utraque editione ἐσσομένων.].

Digitized by Google

Emendationes in Librum XLIV.

P. 1154. l. 29. Ἀιθέρος ἥρπασας εὖχος, ἐπεὶ ΛΑΧΕΣ ἁβρὸν ἄκοιτιν. Lege omnino Λάχεν.

Ibid. p. 1154. l. 32, 33, & 34. Ὀυ στικτῆς ἐλάφοιο τανυγλώχινα κεραίην, Ὀυ νόθον εἶδος ἔδεκτο, καὶ οὐ ἐψεύσατο Νύμφη, Ὀυ κύνας ἀγρευτῆρας ἑοὺς ἐνόησε φονῆας. Ἀλλὰ κ. τ. λ. Quid ſibi vult illud, καὶ οὐκ ἐψεύσατο Νύμφη? Nihil plane ad rem: tranſpone verſus, & videbis οὐ στικτῆς ἐλάφοιο κ. τ. λ. ὀυ κύνας ἀγρευτῆρας κ. λ. τ. (Operarum vitio in poſteriori Edit. οὐ ἐψεύσατο, pro οὐκ, quod in priori Cunæus p. 165. Animadverſ. nihil quidem transponit, ſed ingenioſe emendat ὀυ νόθον εἶδος ἔδεκτο ΚΑΘΩΣ ἐψεύσατο ΦΗΜΗ.)

Emendationes in Librum XLVI.

P. 1194. l. 11, 12, 13, & 14. Δέρκεο σεῖο λέοντα, τὸν εἰσέτι τυτθὸν ἀείρω; Δέρκεο σεῖο λέοντα, τὸν Ἁρμονίη σέο μήτηρ Παιδοκόμου κούφιζε γεγηθότι Κάδμου ἀγοστῷ, Πολλάκις ἤερταζε καὶ ὤρεγε μαζὸν ἀμέλγειν. Noſter Anonymus ſic transponit hoſce verſus & emendat, Δέρκεο σεῖο λέοντα, τὸν εἰσέτι τυτθὸν ἀείρω, παιδοκόμῳ (pro παιδοκόμου) κούφιζε γεγηθότι Κάδμος (ſic pro Κάδμου) ἀγοστῷ. Δέρκεο σεῖο λέοντα, τὸν Ἁρμονίη σέο μήτηρ Πολλάκις ἤερταζε, καὶ ὤρεγε μαζὸν ἀμέλγειν. Petrus Cunæus p. 168. Animadverſ. ſic prorſus transponit & legit, niſi quod in priori verſu ἀείρων, pro ἀείρω, reponit.

Emendationes in Librum XLVIII.

P. 1248. l. 13. Καὶ ΧΘΟΝΙΩ. Κυθέρειαν ὅτε γλαυκῶπιν ἀείσω. Scribe Φονέῳ, pro χθονίῳ. (Petrus Cunæus p. 171. Animadverſ. emendat καὶ χθονίην γαέτειραν ὅτε Γλαυκῶπιν ἀείσω.)

P. 1248. l. 25. Ὅς μὲν ἔχων Νυσαῖον ἐδέθλιον. Scribe Νη-

σαῖον, præſertim cum ſequuntur ὑψινεφῆ κνεῶνα, & ἀιχμάζων σκοπέλοισιν &c.

P. 1252. l. 2. Νεβρίδος ΑΡΡΗΤΟΙΟ. Nullo modo hoc loco, ſed ἀῤῥήκτοιο.

Ibid. p. 1252. l. 23. Κτεινομένων καναχηδόν ἐφοινίσσοντο ΠΑΛΑΙΣΤΑΙ. Scribe παλαιςραί. Sic infra.

P. 1254. l. 30. Ἀμβολίην δὲ θελήμονα κάλλιπε ΝΙΚΗΝ. Lege νίκης.

P. 1256. l. 10. Ὄρθιος ἐςήριξε τὸ δεύτερον ἴχνια ΚΟΤΡΗΣ. Scribe κέρη, poſtquam proſtrata fuerat.

P. 1258. l. 10. Βάκχος ΌΤΕ ςάζων γαμίες ἱδρῶτας ἀέθλων. Manifeſte βάκχος ἔτι ςάζων.

Ibid. p. 1258. l. 15. Σιληνοὶ κελάδησαν, ἐπωρχήσαντο δὲ ΒΑΚΧΩι. Scribe Βάκχοι.

Ibid. p. 1258. l. 26. Καὶ γαμίην ἔςεψεν ἀλιζώνε ΧΑΡΙΝ Ἰσθμὲ. Scribe ῥάχιν. Supra p. 823. (Sic & coniecit Falkenburg. p. 216. in ſecundis Curis quæ Scaligeri Coniectaneis in poſteriori editione inſertæ ſunt.)

P. 1266. l. 12 & 13. Ἑτέρη δὲ τανυκνήμιδος ΑΘΗΝΗΣ Ἀπτομένη ΠΕΙΡΙΝΘΟΣ ὁμόδρομον εἶχε πορείην. Quid certius quam ſcribendum hoc loco ἀπήνης. (Adde & πείρινθος, pro Πείρινθος nomine proprio. Ridicule interpres latinus: *alia vero extenſas ocreas habentis Minervæ tangens Pirinthus concurrentem habebat tranſitum.* Crimine ab uno diſce omnes huiusce verſionis errores. Quid ſibi velint autem hæc ἀπήνης πείρινθος (gallice diceremus *la Vache qu'on met ſur l'imperiale d'un Caroſſe*) ex Homero, Heſychio, aliisque Lexicographis didicerunt tirones.

P. 1266. l. 19. Ὀυρανίην ςίχα πᾶσαν ἀμαλδύνεσα ΠΡΟΣΩΠΟΤ. Scribe προσώπῳ.

P. 1270. l. 20. Καί μιν ΑΕΙΡΟΜΕΝΗΝ φιλίῳ μειλίξατο μύθῳ. Scribo ἀνειρομένην.

Digitized by Google

Ibid. p. 1270. l. 28. Κεῖν۞, ὅς ὑμετέροιο ΠΑΛΙΝ ἔψαυσε χιτῶνος. Ἴσως, πάλαι.

P. 1272. l. 10. Τοῖον ἔπ۞ ΦΘΑΜΕΝΗ. Scribo Φαμένη.

Ibid. p. 1272. l. 19. Αἶσχ۞ ΕΩΝ μελέων. Scribendum ἐμῶν.

1276. l. 27. Οὗτ۞ ἔρως ἐ ΠΑΣΙΝ ὁμοῖ۞. Propter ea quæ præceſſerunt eleganter Πανὸς ſcribendum eſſe puto.

Ibid. p. 1276. l. 29. Ποῖον ἐμῆς ὀδύνης ΠΟΤΕ φάρμακον. Scribe πόρε.

P. 1284. l. 4. Καὶ σφαλερῶν ςομάτων ΑΠΑΛΟΧΡΟΟΝ ἦχον ἰάλλω. Scribo ἀπαλόθροον.

P. 1288. l. 5. Ἔλπετο γὰρ μάλα τῦτο πόθῳ δεδονημέν۞ ΗΟΤΣ. Miror fugiſſe hoc doctiſſimum Falkenburgium, ſcribenduu ἠχῦς, quod toties inculcavit ipſe poëta.

P. 1290. l. 9. Εἰ δὲ λέχ۞ σύλησεν ΕΜΟΣ Κυλλήνι۞ Ἑρμῆς. Imo ἐμὸν λέχ۞.

P. 1296. l. 19. Καὶ σὺ πόθεν πίες οἶνον, ἕως ΠΕΛΕΝ ἔγκυ۞ Αὔρη. Scribo πέλες.

P. 1302. l. 1. Καὶ σκυλάκων ΕΛΙΚΩΝΕΣ ΠΑΡΕΙΟΝΕΣ ἔςε λαγωοί. Scribe Ἑλίκων۞ ἀρείονες. (Falkenburg. in ſuis ſecundis curis p. 216. emendat ἑλίκωπες ἀρείονες.)

P. 1304. l. 27. & ſeqq. Ἀμφὶ δὲ κῦρον Ἴακχον ἐκυκλώσαντο χορείῃ Νύμφαι κισσοφόροι Μαραθωνίδες· ἀρτιτόκῳ δὲ Δαίμονι νυκτιχόρευτον ἐκύφισαν Ἀτθίδα πεύκην. Καὶ θεὸν ἱλάσκοντο μεθ' υἱέα Περσεφονείης, Καὶ Σεμέλης μετὰ παῖδα, θυηπολίας δὲ Λυαίῳ Ὀψιγόνῳ ςήσαντο, καὶ ἀρχεγόνῳ Διονύσῳ, Καὶ τριτάτῳ νέον ὕμνον ἐπεσμαράγησαν Ἰάκχῳ. Καὶ τελεταῖς τρισσῇσιν ἐβακχεύθησαν Ἀθῆναι, Καὶ χορὸν ὀψιτέλεςον ἀνεκρέσαντο πολῖται, Ζαγρέα κυδαίνοντες ἅμα Βρομίῳ καὶ Ἰάκχῳ. Nonnus certe accurate tres Bacchos diſtinguit, Proſerpinæ, Semeles & Auræ filium; alii Jacchum cum Semeles filio confundunt. Optime Nonnus qui tres Bacchos tribus Athenienſium Dionyſiacis applicuit, quod fuiſſe auctores paſſim teſtantur: Καὶ τελεταῖς τρισσῇσιν ἐβακχεύθησαν Ἀθῆναι. Ego credo hunc

tertium eſſe quem Ἴακχον Διόνυσον ἐπὶ τῷ μαςῷ, *Jacchum Dionyſium ad mammam*, Suidas vocat. Docet enim me Nonnus Palladem illi præbuiſſe νόθον γλάγος ὄμφακι μαζῷ *adulterinum lac immatura mamilla*; nam ἀνυμφεύτῳ κόλπῳ, *virginali ſinu*, eum exceperat. De eodem intelligit Heſychius, cum voce Ἴακχον, dicit unum eſſe diem τῶν μυςηρίων ἐν ᾗ τὸν Ἴακχον ἐξάγουσι. Ea autem inter Dionyſum & Jacchum diverſitas, quod Διόνυσος ſit Θεὸς νοητὸς, Ἴακχος vero αἰσθητός: Omnes autem antiquorum dii alii erant νοητοὶ alii αἰσθητοί. Quod notandum.

Digitized by Google

EPISTOLA

AD

CL. WIELAND,

AVLÆ SAXO - VINARIENSIS a CONSILIIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

CLARISSIMO WIELANDO

SERENISSIMI DUCIS

SAXO - VINARIÆ REGNANTIS à CONSILIIS AULICIS

S. P. D.

D'ANSSE DE VILLOISON.

Cui potius quam tibi ſummo Poëtæ, ſimulque inſigni eruditionis laude, & intima Græcarum literarum peritia, quarum ſignificatio in omnibus operibus tuis Attico ſapore imbutis, elucet, conſpicuo, ſingularique Vinarienſis Ducatus lumini & ornamento, nobisque amiciſſimo, illas dicare poſſem in ſummum Græcum poetam Lectionum varietates, quas e Ducali, eaque opulentiſſima tantoque Principe atque Muſarum cultore & fautore digniſſima Bibliotheca Vinarienſi a nobis erutas, doctiſſima Nicolai Heinſii, egregii illius poëtarum Latinorum ſoſpitatoris & imitatoris, manu quondam deſcriptas, nunc primum publici juris facimus? Tibi Homericorum carminum amantiſſimo, nec non & feliciſſimo æmulo, atque eruditiſſimo Horatii Epiſtolarum, utinam & Sermonum, Interpreti, haud ingratum accidere poteſt, quidquid ad illuſtrandum & emendandum illum poëtam pertinet, ſicque tibi qui jam conſecratus, famam in tuto collocaviſti, quodammodo indicare & æſtimandum relinquere videtur, quantam olim æternorum tuorum poëmatum illuſtrandorum curam habitura ſit gratiſſima poſteritas, ſi quando in ore hominum verſari, & in quotidianis ſermonibus uſurpari deſinat Germanica tua lingua, quæ tuis nunquam non victuris ſcriptis novam venuſtatem, leporem, ſuavitatem, novos dicendi modos, ampliſſimam novorum verborum, imo & metrorum, copiam, celebritatem & famam jam nunc accepta refert, olim & immortalitatem atque decus ſempiternum debitura.

Atque utinam tibi aliquando talis contingat interpres, qualem tu te nuper exhibuiſti in elegantiſſima tua Horatii Epiſtolarum verſione Germanica, quæ

optimi poëtæ qui optima uſus eſt lingua, meritis nihil detrahit, nec quidquam deſiderari patitur, niſi ſimilem ejusdem Sermonum interpretationem. In eruditiſſimis autem adnotationibus illi verſioni adjunctis ea obſervaviſti, & pro tua ſagacitate & εὐστοχίᾳ feliciter detexiſti, quæ omnium illorum acumen fugerant, qui in una veterum interpretandorum arte quaſi tabernaculum vitæ ſuæ collocaverant, nobisque occulta & arcana pateſeciſti Aulæ Auguſti myſteria, qui quidem noſtro Auguſto Vinariæ nunc feliciter regnante multo inferior fuit, ſi quidem virtutes & animi dotes ſpectaveris, & forte etiam ſi literarum literatorumque verum amorem, qui tamen in Auguſto Romano tantus fuiſſe prædicatur, nempe quod maxima pars eorum huic tribuatur meritorum quæ ſoli Mæcenati debentur. Qui Vinariam, Athenas illas Saxonicas, adiverit, in amœna Ilmæ, *a qua ceu fonte perenni vatum Pieriis ora rigantur aquis*, ripa deambulaverit, ridenti Vinarienſis Tiburis aſpectu & Divæ quæ hanc lætiſſimam urbique vicinam ornat villam, intuitu recreatus fuerit, viderit que tanta ſummis poëtis præmia vel ad gratiam, vel ad opes, vel ad dignitatem propoſita, is nunquam illud dicere poterit, de quo in Auguſti aula Ovidius, etiam tunc florens, longe ante exilium, quod ſuſpicari non poterat, ſic in ſuæ Artis amandi libro tertio (vers. 405.) conqueſtus eſt:

Cura Deûm fuerant olim Regumque poëtæ,
Præmiaque antiqui magna tulere chori,
Sanctaque majeſtas & erat venerabile nomen
Vatibus, & largæ ſæpe dabantur opes.
Ennius emeruit, Calabris in montibus ortus,
Contiguus poni, Scipio Magne, tibi,
Nunc hederæ ſine honore jacent, operataque doctis
Cura vigil Muſis, nomen inertis habet.

Quisquis cernet beatam illorum vitam qui noſtri Auguſti, Sereniſſimæ ipſius conjugis & matris virtutes, tantasque animi & ingenii dotes propius venerantur, & in illorum familiaritatem recepti, humaniſſimis illis & modeſtiſſimis principibus, ſeſe ad tenuiores ſubmittentibus, vel potius eos ad ſe erigentibus, vix ſe inferiores, niſi virtute & doctrina, ſentire poſſunt, is nunquam cum Horatio exclamabit, cui medio de fonte leporum aulæ Auguſti & contractæ cum ſuo Mæcenate amicitiæ adeo decantatæ, ſurrexiſſe amari aliquid, quod eum angeret, ex hoc verſu patet,

Dulcis inexpertis cultura potentis amici,
Expertus metuo.

Digitized by Google

Sed potius cum eodem Horatio ſemper inculcabit:

Principibus placuiſſe viris non ultima laus eſt,

præſertim ſi, quod pauciſſimis admodum datum fuit, ad laudes eorum principum accedant qui Vinariam beant, & Sereniſſimæ illius principis quæ, quod inter maxima tua decora & ornamenta facile reponendum eſt, Celſiſſimum ſuum filium Auguſtum nunc Regnantem, tibi erudiendum & informandum commiſerat; in quo quidem, ut in omnibus aliis, acerrimum Sereniſſimæ Ameliæ judicium admirari licet. Quis enim ad hoc te aptior, qui amæniſſimi vir ingenii, eruditionem & virtutem amabiles reddis, cui Charites & Venus molle & facetum annuerunt, quæ tuum os magna ſonaturum ipſæ finxiſſe videntur, & ad omnem elegantiam compoſuiſſe tuam orationem, quæ ſemper vel de obſcuris & horridis rebus nitida, de jejunis plena & ornata, de pervulgatis nova tranſlucet, memores ſcilicet beneficii, quod eas in poëmatibus tuis de *Gratiis* & de *Paridis judicio* digne & decenter celebraveris, novamque iis gratiam & venuſtatem conciliaveris.

Quis unquam prius pariter & in philoſophia, & in eruditione, & in ſoluta & in numeris adſtricta oratione excelluerat, & ſemper veluti Olympiacorum ludorum victor παράδοξος, quadrigas illas pari cum laude rexerat, & in ſingulis curriculis nobiliſſimas decerpſerat palmas, cum, ut recte obſervat Seneca in præfat. Excerpt. controverſ. L. III. magna ingenia nunquam plus quam in uno eminuerint opere, Virgilium illa felicitas ingenii in ſoluta oratione reliquerit, Ciceronem eloquentia ſua in carminibus deſtituerit. Quis tot & tanta, eaque omnia egregie, in diverſiſſimis generibus ita conſcripſit, ut in ſolo Wielando, ſed illo vario, multiplici & copioſiſſimo, plurimos ſummos poëtas, plurima præſtantiſſima ingenia rediviva habere ſe glorietur Germania. Omnes quidem agnoſcunt in tuo *Diogene*, tuaque præſertim *Abderitarum Hiſtoria*, Lucianum, quem ſolum e Veteribus nemo huc uſque feliciter expreſſerat, in *Agathone* Platonem, cujus imitationis veſtigia in omnibus operibus tuis impreſſa ſunt, in tuo *Araſpe* & *Panthea*, Xenophontem & noſtrum Fenelonium, in tuo poëmate de *Iſaaci Sacrificio*, Homerum, in ſublimibus tuis de *Amore* & de *Deo* hymnis, Pindarum illum grandiloquum, qui nihil unquam de numine tam excelſum, tam magnificum, tam divinum, tanta animi inflammatione furoriſque afflatu cecinit, huncque multis dithyrambis libenter redimeret, ut tuo *Anti-Ovidio* Ovidius ſua *Amoris remedia*; in tuo poëmate de *Rerum Natura*, qui fætus ſeptemdecim annorum juvenis, & quidem tunc amore incenſi, qualis erat magnus ille Cornelius cum ſuos primos verſus effudit, tamdiu vivet quamdiu ipſa Natura, & olim, veluti Nili, ſed jam tum in ipſo ortu copioſiſſimi &

fecundiſſimi, fons ſuſpicietur. In tuis *Mortuorum ad Viventes* & in iis quæ ad *mores pertinent Epiſtolis*, primum illum partum, cujus tunc Auctor Tubingæ obſcurus ignorabatur, proxime ſubſecutis, Lucretium, Popium, cujus oris lineamenta & faciem tua refert, atque Racinium juniorem, in tuis *de Vere* verſibus Thomſonem, ut & eumdem atque egregium *Ariſtonoi caſtum* auctorem antiquo colore tinctum, Fenelonium, in tuis brevioribus fabulis Mileſiacis, ut Balſora, Serena, Melinda, Selima &c. in iis narrationibus facetis quæ paullo liberiores & jocoſiores ſunt, Hamiltonem, Boccacium, noſtroſque Fontainium & Crebillonem juniorem, in tuo Silvio, Cervantem; denique Bernardum Taſſum, ſuo filio Torquato Taſſo longe dulciorem poëtam, imo & Arioſtum Germanis reddidiſti nuper in immortali tuo *Oberone*, vel ipſis Italis invidendo, quod facetiarum lepore quodam, non quidem ſcurrili, ſed poëtico, & libato ex omni genere urbanitatis, tanquam ſale perſpergitur, & jucunda multarum rerum varietate diſtinctum eſt, atque, ut te dicentem ſæpe audivi, per quædam involucra atque integumenta oculis eruditioribus multa perſpicienda offert, quæ quaſi per tranſennam prætereuntes ſtrictim adſpiciunt plerique lectores, qui ſoli cortici inhærent, quorumque non acutorum acutæ illæ ſententiæ ſenſus prætervolant, ut in tuis *Sympathiis*, in *Cyro tuo* ad effigiem juſti imperii boni principis & Herois ſcripto, quod poëma non tantis fortaſſe quantas merebatur laudibus exceptum, utinam confeciſſes, ut & in tua Hiſtoria Regum *Scheschiani*, ſive *Speculo tuo* vere *aureo*, in quo non ſolum bonorum, ſed etiam ſequiorum principum vitam inſpiciendam exhibuiſti. In Amadiſio autem prorſus tuo ac plane novo, qui nihil prorſus commune habet cum Hiſpanicis, Gallicis & Italicis, Amadiſiis, præter herois nomen dulciſſimum & operis inſcriptionem, novum metri genus excogitaviſti, quod molle docile & flexibile vocantem quocumque ducat, ſequitur poëtam, & ita illaboratum fluere videtur, ita facilitatis, naturaliſſimæ libertatis ac negligentiæ diligentis ſpecie blanditur, ut, quod aiebat Horatius, hujus veneres imitando ſe conſecuturum quivis ſperet, ſudet multum, fruſtraque laboret. In Idride autem tuo, quod omni lepore, feſtivitate & ſuavitate conditum, argutiarum atque urbanitatis pleniſſimum, omnibusque inventionis copiis abundans, utinam confectum eſſet, ſed a te ſolo, (quis enim Coam illam Venerem ab Apelle inchoatam perficere auſus fuiſſet) ut & in illo Oberone, quod dubiam Homero Ferrarenſi facit palmam, Italorum *Stanze in ottava rima*, ut patria voce vocant, feliciter expreſſiſti, & egregiam Arioſti artem in verborum orbe & circuitu conficiendo atque complexione volvenda effinxiſti. Sic in Alceſtide tua Metaſtaſii canticorum(*ariette*) ſuavitatem & modulationem molliter labentem aſſecutures; quod

quidem tibi multo difficilius erat, ea lingua utenti quæ & minora tibi ornamenta ſuppeditabat, & tractanti dura reſiſtebat, cujusque auſteritas tibi inflectenda & mollienda erat. Sed eam tu, cum paucis aliis ingenii ſummi ac prope divini poëtis, dulciorem & amæniorem, & numeroſiorem, & opulentiorem reddidiſti, ac veluti teneram & molliſſimam ceram ita ad arbitrium finxiſti & conformaviſti, ut nullius æque in poteſtate fuerit; nec ſola electione, ſed etiam conſtructione verborum & collocatione quæ junctam, cohærentem, leniter & æquabiliter fluentem efficeret orationem, atque concurſu qui non aſper & hiulcus eſſet, ſed quodammodo coagmentatus & lævis, perpoliviſti, atque in eam invexiſti magnam copiam dicendi modorum atque vocabulorum ſylvam, quæ vel priſca & antiqua atque ab uſu quotidiani ſermonis intermiſſa, & orationi ſplendoris aliquid & dignitatis arceſſentia revocaveras, vel callida junctura reddideras nova, vel ficta novaveras, vel Gallicis Italicisque fontibus cadentia parce detorſeras & ita aptavaras, ut non Germanica civitate donata, ſed Germanica nata eſſe, appareant. Etenim non ſolum Græcos & Latinos, ſed etiam Anglos, quorum Shakespearum Germanice reddidiſti, & Italos atque Gallos in tuum ſuccum atque ſanguinem ita convertiſti, ita omnibus iis unus omnes ſurripuiſti veneres, & e poëtarum recentiorum, etiam mediocrium maxime, varia lectione eos libaviſti, eos flosculos decerpſiſti, novam inde petens tuo capiti coronam, ut apis Germanica merito vocari poſſis, & qui ſcripta tua pervolverit, is omnium ſæculorum & regionum meſſibus atque vindemiis plena horrea videre ſibi videatur.

Quis autem pluribus iisque ſemper egregiis morum præceptis tanquam totidem gemmis ſua carmina diſtinxit, quam tu non linguæ ſolum, ſed etiam animi & virtutis magiſter, vivendique ut ſcribendi præceptor, nec Muſarum ſolum & Charitum Antiſtes, ſed etiam religionis auguſtiſſimæ in multis operibus tuis, ac præſertim in eo in quo *Chriſtiani ſenſus* expoſiti ſunt, digniſſimus Interpres? Quis altius in intimos humani ingenii & animi receſſus penetravit, quorum *Hiſtoriam arcanam* ita inchoaveras, ut nihil fere in ſoluta oratione elegantius ſcripſeris? Quis doctius tenuit venas cujuscumque generis, ætatis & ordinis, & nationis ſuæ mentes ſenſusque deguſtavit? Quis blandius in omnium hominum animos irrepſit, magis eos concitavit, commovit, rexit, flexit, quocumque res poſtulabat, impulit, denique ſic affecit ut voluit? Quis magis congruentia & convenientia ſingulis rebus aptavit, ſingulis perſonis accommodavit verba, quæ ſemper in tuis poëmatibus ad imum ſervantur quales ab incœpto proceſſerunt, ſibique conſtant, & melius quidem, ſed tamen ipſæ dicere videntur? Quis felicius Luciani ſales, facetias, ſubtilem venuſtatem

Digitized by Google

atque urbanitatem, Socratis in ironia diſſimulationeque leporem & humanitatem, cavillationemque æquabiliter in omni ſermone fuſam, cum Platonis gravitate & dignitate conjunxit? Quis ornatius, dilucidius, planius poëtica tractavit argumenta quam tu vel horrida & jejuna atque abſtruſiſſima, imo & interdum Theologica explicaviſti & ſplendore verborum illuminaviſti, *obſcuris de rebus tam lucida pangens carmina*, & *Muſeo contingens cuncta liquore*, *etiam dum avia Pieridum peragras loca*, *nullius ante trita ſolo*, ut tui Lucretii tantopere a te juvene adamati & toties lectitati, verba uſurpem? Quis majorem inveniendi copiam, acriorem excogitandi vim habuit, ſplendidiorem explicavit imaginum pompam ac varietatem & earum quidem elegantium, qua celeriter percutiunt animum, & ſenſus feriendo rem quaſi oculis ſubjectam exhibent, ac veluti luminibus illuſtrant poëſin tuam, vel potius picturam? Quis melius lucidum ordinem, concinnam partitionem atque inventorum diſpoſitionem, deſcriptas vices atque operum colores, incorruptam Germanici ſermonis ſalubritatem, & integerrimam judicii ſanitatem, atque ſuccum illum & ſanguinem in quo naturalis inſit, non fucatus nitor, ſervavit? Quis magis aurium, quarum ſi teretes atque religioſæ ſint, ſenſus eſt faſtidioſiſſimus, & judicium ſuperbiſſimum, voluptati ſervivit? Quis ſyllabarum in verſiculi fine ſimiliter deſinentium, eumdemque in cadendo referentium ſonum, quæ tibi ipſæ ſe offerunt, & reſpondent non vocatæ, ſed longo uſu paratæ, artificioſam clauſulam, vel potius repercuſſionem numeroſiorem, ſuavius conſonantem, perfectius quadrantem in promptu ſemper habuit? Hinc tuum tibi proprium colorem, tuam peculiarem quaſi formam figuramque ſcribendi expreſſam ita reliquiſti, ut in omnibus tuis ſcriptis, quorum tamen ſimilia nulla ſunt, ſed omnia diſparis generis, etiam in illis minoribus quæ tuo *Mercurio* inſerere ſoles, ſubito perſpici queat. Quis unquam poëta majorem rerum civilium cognitionem & prudentiam, exquiſitiorem doctrinæ elegantiam, ſed non illius obſcurioris, quæ Propertii, Valerii Flacci &c. verſus interdum occæcat, non illius ſpinoſæ & aridæ, ac pene dicam, ſcholaſtico pulvere ſordidæ, qua ſublimis illius Dantis, aliorumque carmina de rebus divinis agentia interdum horrent, diffuſiorem literarum varietatem declaravit, non earum quidem vulgarium, ſed interiorum, nec non hauſtam e reconditis atque abditis fontibus, pluribusque artibus & ſtudiis collectam eruditionem, quas poëticæ facultatis comites & miniſtras, & bene ſcribendi ornamenta atque adjutamenta tecum adduxiſti, circumfluentibus undique copiis imperitans; quod quidem apparet in omnibus tuis operibus, ac præſertim in immortali tuo Agathone, ad quod ſcribendum id duntaxat contuleras otii, quod Biberacenſis

tuæ

Digitized by Google

tuæ Reipublicæ adminiſtratio tibi tribuerat, & in quo non ſolum triginta trium primorum tuæ juventutis annorum, eorumque quibuscum vixeras, Hiſtoriam, & in aliis perſonis effictos mores adumbraviſti, ut ex tuo ore didici, ſed etiam totius Græciæ imaginem, ac præſertim Athenarum, quæ nec ipſæ tuo Agathone ſunt magis Atticæ, ſpeciem & formam expreſſiſti, atque effigiem poliviſti. Et hoc quidem Phidiacum opus, ut & Muſarionem tuam, cui ſimile aut par nulla unquam habuit natio, in qua veterum philoſophorum Stoicorum, Pythagoricorum, placita abſtruſiora & Graiorum obſcura reperta ita nitide, ita eleganter & ornate, ita ſubtiliter & dilucide expoſita & illuſtrata ſunt, ut longo poſt te intervallo reliqueris Lucretium, Fontenellium & Algarottum, de rerum natura, de pluribus mundis & cometis ea differentes quæ legat ipſa Lycoris, ut & Epiſtolas tuas quæ ad mores pertinent, & in quibus varie, & copioſe alluſiſti, omnes quidem ſuſpicient, ſed nemo totam eorum gratiam, quanta ſit, intelligendo adſequetur, niſi qui in veteribus erit ſcriptis ſtudioſe & multum volutatus, in iis veluti habitaverit, longam cum iis familiaritatem contraxerit, eorum opiniones, κυρίας δόξας, inſtituta, diſciplinam, vitæ rationem penitus perſpexerit, denique iis inſtructus ſit copiis atque ſubſidiis quæ tu ad ea ornanda attuliſti, doctrinæ ſimul & ingenii princeps, cuique nihil a natura denegatum, nihil a ſtudio labore & diligentia non delatum eſt. Profecto ſi Germanica ſcripta non ſuis finibus, exiguis ſane continerentur, ſed ut Gallica in omnibus fere gentibus intelligerentur, ac proinde legerentur, multo etiam majorem gloriæ fructum perciperes, & noſtri Voltairii, quo linguarum græcæ & latinæ, antiquorumque rituum & philoſophiæ cognitione longe præſtas, late diffuſam & per omnium ora volitantem famam æquares.

Tibi qui in ſevera illa & ſana magni Bodmeri Germanorum literatorum Patriarchæ, diſciplina, vel potius poëſeos officina, & in veterum lectione tritus & ſubactus es, nunquam arridere potuerunt dulcia iſta vitia in quæ inclinatio ingeniorum hodie facta eſt, fucati medicamenta candoris & ruboris, iſti ſubito caſuri, ſi leviter excutias, floſculi, ſenſus iſti audaciores & fidem egreſſi, abruptæ iſtæ & ſuſpicioſæ ſententiæ, in quibus plus intelligendum eſt quam audiendum, ut cum Seneca loquar, qui in aurea ſua nec unquam ſatis legenda Epiſtola CXIV. ſui ſæculi, imo & noſtri, corruptum dicendi genus melius exagitavit quam in ſuis ipſe vitavit ſcriptis. Tibi ſordent tranſlationes iſtæ inverecundæ, ſesquipedalia iſta atque turgida eorum qui grandia profitentur verba, vel improbe ſtructa, vel contra omnium conſuetudinem & linguæ indolem poſita, compoſitionis ambages & ſalebræ, cæteræque iſtæ orationis portentoſiſſimæ

Digitized by Google

deliciæ, vel luxuriantis laſcivia, vel potius debacchantis licentia & ebrietas, & vanæ illæ ſpecies, ægri delirantis ſomnia, quibus inventis plurimi tanto opere delectantur, ſibique ſummam ingenii ſublimioris & divitis venæ laudem conſecuti videntur, ac præſertim juvenes qui nondum abſterſo ſcholarum pulvere, ingenium rude & cruda atque immatura ſtudia in theatrum propellunt, qui Shakespeari, aut potius illius ætatis vitia diligentiſſime imitando conſectantur, quoniam divinam excellentis illius ac ſingularis ingenii vim effingere atque exprimere nequeunt. Iſti ſi fabulam Mileſiacam quam drama vocare ſolent, & rectius Voltairius *monſtres nés de l'impuiſſance de faire des Tragédies*, prodigialiter variatam & ululanti voce eructatam, in ſcenam ita protulerint, ut nec pes, nec caput uni formæ reddatur, nihilve ſibi conſtet, niſi continua & fœda atrociſſimorum factorum ſeries, verbis immodico tumore turgentibus deſcripta, a natura prorſus abhorrens, nec ullis artis, quæ naturæ filia eſt atque comes, adſtricta legibus, in quarum neglectu & contemptu divinioris mentis certiſſima indicia elucere jactitant iſti vitiis ſuis gloriantes & ſpecie libertatis inſanientes, ſemperque præcipitia pro ſublimibus, & monſtra pro novis novæ pulchritudinis formis & figuris habentes, ſique novos ſemper & inuſitatos homines finxerint, novum ſemper orbem ſibi creaverint, quoniam in noſtro quem nunquam perſpexerunt, prorſus hoſpites ac peregrini ſunt & uni Melpomenes pedi ſoccum, alteri cothurnum aptaverint, germanos ſe putant eſſe Shakespearos. Pejor certe hic morbus graſſatur quam Abderitarum, qui olim febre mirabili correpti, ad tragædiam quodam furoris impetu ferebantur, jambica projiciebant, Euripidis Andromedam ita publice decantabant, ut nullus tota urbe ſupereſſet, qui non illa contagione infectus Tragædum ageret: atque utinam ſaltem noſtri febricitantes aura multo peſtilentiore afflati, egregias & ſanas illas Euripidis Tragædias, non autem ſua corrupta dramata vomerent! Tu vero poeticam licentiam & vagandi jus, ne aberrarent, certis incorrupti & ſobrii judicii tui terminis circumſcripſiſti & definiviſti, venamque ne extra ripas difflueret, artis præceptis quæ ſcribendi artifices & doctores reliquerunt, coercuiſti.

Memor illius effati Tulliani, neque qui non dicat quod intelligamus, hunc poſſe quod admiremur dicere, ſemper ſtuduiſti perſpicuitati, nec minus plane & dilucide quam ornate & ad rerum dignitatem apte & decore ſcripſiſti, ſemperque eos irriſiſti, qui, quo etiam morbo nonnulli hodie laborant, ambigua & obſcura tanquam ex tripode oracula proferentes, ita ſtudioſe vitant intelligi ut ſtudioſe vitant loqui hominesque affari, ſeque ſilentii & ſolitudinis majeſtate involvunt principes illi ſe quod dicant non habere, ſibi conſcii. Tuum ſcribendi genus caſtum

& pudicum naturali pulchritudine exurgit, floridum, in verborum ſplendore elegans, compoſitione aptum, facultate copioſum, nec tamen redundans aut circumfluens, ſed ita perſpicuum & purum ut nihil liquidius, ita libere æquabili tractu ſine ullis ſalebris melle dulcius profluit, ut amnis lucidus virentibus utrinque ſylvis inumbratus. Hinc omnibus pariter arridet, etiam iis qui aliorum ſcriptorum vitiis delectantur: nam, ut vere obſervat Quintilianus, cum mala multi probent, nemo improbat bona.

Sed cum in Republica literaria tantus ſis, in poëſi regnes, multo tamen, ſi dicere fas eſt, major mihi videris intra privatos & domeſticos parietes, cum te videam non magis ingenii quam animi laudibus commendari. Quis enim te melior filius, melior maritus, melior pater, melior amicus, ad omnia humanitatis officia promptior, paratiorque? In quonam magis eminet candor, ingenuitas, vitrea fides, ſimplicitas veræ magnitudinis comes, incorrupta probitas, veritatis amor? Quis ab omni aſſentatione remotior, quæ in Aula Vinarienſi prorſus inutilis eſt, cum nihil iis addere valeat, quæ ſevera & auſtera veritas de tantis principibus profiteri cogitur? Quodnam ſpectaculum dulcius arridere poteſt quam tui tanti viri, quando æſtate præterita in horto tuo ſuburbano, qui olim a prætereuntibus digito monſtrabitur, nec minus religioſe ſuſpicietur quam Academia illa umbrifera nitidumque Lycæum, opere diurno feſſus, cura vacuus, procul ab omni ambitione aut invidia, depoſitis illis coronis & laureis quæ tuum ſacrum caput cingunt, umbram ſecutus illarum arborum quas propria manu ſeviſti, ſtipatus eleganti bellularum tuarum puellarum & liberorum quos ut libros ſingulis fere annis edere ſoles, corona, qui hinc & inde latus cingunt denſi humeris & erectis pedibus ad oſcula conſurgunt, & quibuſcum ad omnem animi remiſſionem ludumque deſcendere ac veluti repueraſcere amas, placide deambulabas cum venerabili tua matre, & lectiſſima tua conjuge, quæ te æternis operibus intentum omni rerum domeſticarum cura prorſus levat, & in cujus amore tam fidelis & conſtans ſemper fuiſti ut de nulla unquam poetica licentia conqueri potuerit.


Noſtræ autem amicitiæ publicum pignus & monumentum deponere cupiens, illas tibi offero in Odyſſeam lectionum varietates, quæ cum minori quam Ilias Codicum numero huc uſque collata eſt, proindeque illuſtratione & critica manu, cum ab illa Clarkiana recenſita non fuerit, magis indiget. Quam utiles autem ſint illi Variarum lectionum libelli, & vaſtis ſæpe commentariis præferendi, nemo ignorare poterit, niſi qui egregiam Petri Burmanni ad Juſtinum præfationem non legerit. Ardentiſſimo ſtudio & anxia diligentia omnes varias lectiones colligendas eſſe, immo & eas quæ vitioſiſſimæ apparent, quarumque major uſus critico ad

Digitized by Google

veram lectionem in iis latentem eruendam eſſe poteſt, cum ad eam propius accedant, & quaſi manu ducant, multi quidem præſtantiſſimi viri jam docuerunt, ſed nemo melius appoſitis exemplis declaravit, quam nimis parum in ipſa Gallia notus, & inter majorum gentium Criticos facile reponendus, Abbas Morel, Auctor libri vere aurei inſcripti, *Elements de Critique*, ou *Recherches des differentes cauſes de l'alteration des textes latins*, &c. a Paris 1766. a p. 28. usque ad p. 48. Has autem Varias Lectiones, quarum plurimæ futuro Odyſſeæ Editori valde prodeſſe poterunt (nam Iliadem ſolam cum optimis illis Marcianorum codicum ſcholiis nunc Venetiis edimus) annuentibus doctiſſimis & humaniſſimis Bibliothecæ Vinarienſis præfectis, Schnauſſio, Spilkero & Schmidio, in hoc, ut in omnibus aliis favente ſereniſſimo Duce qui ſemper erit mihi Deus, deſcripſi e margine cujusdam Exemplaris Editionis Aldi & Andreæ Aſulani, Soceri Venetiis 1524. operum Homeri, in cujus prioris tomi prima pagina legitur *Adriani Blycuburgii*, & ſtatim infra, *Nicolai Heinſii ex dono patris*; hoc exemplar primum fuerat Jani Rutgerſii, quem Nicolai Heinſii avunculum fuiſſe nemo ignorat, cujusque nomen præfert prima pagina poſterioris voluminis in pagina pura quæ hanc primam præcedit, legitur, ſum *Hieronymi Claeſſenii & amicorum*. Has autem varias lectiones in ſolam Odyſſeam hujuſce Exemplaris oræ propria manu adſcripſerat Nicolaus Heinſius, quantum ego conjicere potui ex forma atque ductibus literarum, quas contuli cum ejusdem notis Autographis in Tacitum, ex Editione Pariſienſi apud C. Morellum 1611. quarum meminit ſummus ille Erneſti p. 46. præfationis ad poſteriorem ſuam Taciti Editionem. Et hoc quidem Taciti exemplar in eadem Bibliotheca Vinarienſi ſervatur, quæ talibus deliciis & clariſſimorum virorum reliquiis refertiſſima eſt, ex quibus indicare ſufficiat, *Ælii Antonii Nebriſſenſis*, *Grammatici*, *Chronographi Regii*, *Dictionarium* 1578. *in ædibus Ælii Antonii Nebriſſenſis fol.* ex Bibliotheca illuſtris Viri Joſephi Scaligeri, qui locis infinitis hoc opus manu ſua auxit, præſertim in iis quæ ad voces Hiſpanicas pertinent, ejusdem Joſephi Scaligeri *opuſcula diverſa* Gr. Lat. Lutet. Paris. 1605. in 8. paſſim ipſius manu notata, Editionem Anacreontis a Tanaquillo Fabro, in qua cujusdam viri docti manu quædam ſcripta ac deprompta ex antiquiſſimo Voſſii Codice, præſertim ex Anthologia cum Menagiana, tum Voſſiana; de quo quidem Anacreontis Exemplari vide Animadverſiones Criticas in Anacreontis carmina Vinariæ 1778. datas a Clar. Schwabe, Scholæ Buttſtadienſis Rectore, jam Phædri, mox Juvenalis Codicum & Editionum antiquarum collatione emendati & doctiſſimis notis illuſtrati, elegantiſſimo Editore; *Titii Burgenſis pro ſuis locis controverſis aſſertionem*,

Digitized by Google

Florent. 1583. 4. cujus margini quædam paulo durius dicta Iſaacus Caſaubonus adſcripſit, Editionem novi Teſtamenti Baſileenſem per Thomam Platterum anno 1540. qua uſus eſt Lutherus, qui etiam nonnulla ad marginem annotavit & in puris foliis ſcripſit, quæ referre a noſtro inſtituto alienum eſt. Ego autem hæc verba *Jani Rutgerſii*, & *Nicolai Heinſii ex dono patris*, & illa, *ex Bibliotheca Joh. Meurſii*, quæ legebantur in prima pagina pura Exemplaris Nonni Dionyſiacorum, cujus oræ inſcriptas Emendationes & conjecturas ſuperiori Epiſtolæ adjunxi quod propria tantorum virorum manu exarata eſſent, ideoque cum quodam voluptatis & venerationis ſenſu ab eruditis inſpicienda, ab egregio illo pictore Gallico, noſtroque communi amico Johanne Baptiſta Carvelle, quem qui non amabit, is ab artibus liberalioribus & virtute ipſa prorſus abhorrebit accurate delineanda & hic repræſentanda ſic curavi:



Nicolaus Heinſius multas lectiones & emendationes margini hujuſce Exemplaris Odyſſeæ adſcripſit, appoſitis ſignis criticis, ſeu compendiis, quorum interpretationem in ultima pagina pura poſuit, quæque indicant, ut ipſius verba uſurpem, lectiones *Ariſtarchi Grammatici*, *Didymi Scholiaſtis*, παρέλκειν, *ubi abundat*, *dictio quoad ſenſum*, *ubi aliquid ſit denuo melius inſpiciendum*, *diverſam lectionem*, περιφραστικῶς, *obeliſcum quo notantur* τὰ ἀθετούμενα, *Cratetem quemdam grammaticum qui citatur a Didymo*, *correctum ad exemplar manu ſcriptum Veſpaſiani Gonzagæ di Columna*, *verſus qui in Veſpaſiano Codice aliena manu erant adſcripti*, *verſus qui deerant in Veſpaſiani Codice*, *Calliſtratum quem citat Didymus* &c. Ego quidem Emendationes illas Ariſtarchi Didymi, Cratetis, Calliſtrati &c. ideo omiſi quod in Scholiis Homericis Euſtathiique commentariis multo plenius legerentur, ſolas autem deſcripſi varias lectiones ex optimo illo Veſpaſiani Gonzagæ Columnæ codice decerptas, quem accuratiſſime a Nicolao Heinſio collatum fuiſſe, ex hoc patet quod vel leviſſima editionis Aldinæ quam vitioſiſſimam eſſe jam Eraſmus monuit, menda typographica ſedulo notata & correcta fuerint. De illo autem Veſpaſiano Gonzaga Columna, Duce Regnante Sablonetæ, quæ eſt parva Mantuani tractus urbs, juvat apponere quæ mihi ſcripſit doctiſſimus ille meus amicus & nunquam ſatis laudandus Venetæ S: Marci Bibliothecæ cuſtos, vir πολυμαθέστατος quique cum Cl. Tiraboſchio in litteraria

Italorum Hiſtoria non habitat ſed regnat, „Queſto Veſpaſiano Gonzaga addottò „anche il cognome Colonna, perche ebbe per madre Iſabella Colonna figliuola „di Veſpaſiano Duca di Trajetto, e nel 1570. dopo la morte di queſta ſua madre, „ebbe anche la ſignoria del Ducato di Trajetto, e degli altri ſtati, ch' ella „poſſedeva. Fu uno de' principali fautori delle lettere in Italia, e piu libri ſi „Veggono a lui dedicati. La vita di Veſpaſiano Gonzaga Colonna, ſcritta dal „padre Ireneo Affò Franceſcano, Vice Bibliothecario del Signor Duca di Parma, „fu ſtampata in Parma nel 1780. in 4to, a cui ſono ſoggiunti gli *Annali „Ebreo-tipografici di Sabbioneta* del Signore Granbernardo de' Roſſi, (nuper in „Latinum ſermonem a Cl. Huſnagelio converſi) ne' quali ſi riferiſce la ſerie de' „libri Ebraici ſtampati in Sabbioneta a tempo di Veſpaſiano, e colla di lui „protezione, dall' anno 1551. ſino al 1590. Queſto principe ereſſe nel ſuo „Palazzo una ricca Libreria, per la quale molto carteggiò, ad oggetto di adunare „libri, ſiccome riferiſce il padre Affo a carte 95. della vita citata, ove porta la „teſtimonianza di certo Tommaſo Vachelli libraio Cremoneſe, che dedicando a „Veſpaſiano li Commentari di Apollinare Offredi ſtampati in Cremona nel 1581. „in folio, dice al medeſimo: Quanto vero honore & amore literatos viros „proſequaris, quonam graviori teſtimonio probabitur, quam Bibliotheca illa tua „inſtructiſſima, quæ aliorum principum omnes cum multitudine & varietate „Auctorum, tum antiquitate & elegantia longiſſimo vincit intervallo. Provide „Veſpaſiano alla conſervazione della ſua libreria, laſciandola a' frati Servi di Maria „di Sabbioneta, con ſuo teſtamento fatto nel 1591. ordinando rigoroſamente „che per neſſun motivo ſi alienaſſe. Eſſa tuttora ivi ſuſſiſte, ma ſoffri de' gravi „danni per furti ſeguiti, ſiccome nella vita dal Padre Affò è detto a carte 117. „ove s'aggiunge che ora è conſervata con molta geloſia. Se il Codice di Omero „da cui l'Einſio preſe le varie Lezioni, non fu anticamente rubato, potrebbe „eſſer ſtato veduto da lui nel ſuo Viaggio d'Italia: non veggo però che Pietro „Burmanno II. nella vita dell' Einſio premeſſa a' ſuoi *Adverſaria*, faccia motto „d'aver eſſo viſitata la libreria di Sabbioneta." Hactenus eruditiſſimus noſter Morellius. Hic autem oculis ſubjectam habeo editionem Aldi Manuccii, *) qui

*) Hunc Aldum juniorem Manutium majorum ſuorum originem verbis diſertis retuliſſe ad nobiliſſimam atque vetuſtiſſimam gentem Manucciorum, ſive Manuziorum, Florentinorum, V. P. 4, 5 & ſeqq. & p. 129. & ſeqq. libri ſingularis Ungeri de *Aldi Pii Manutii Romani vita, meritisque in rem. literariam*, qui auctus cura & ſtudio Samuelis Lutheri Geret, prodiit Vitembergæ in 4to anno 1755. ubi & obſervatum eſt p. 5. Aldum Seniorem in libris diverſis ab anno 1495. ad annum 1504. excuſis, nomen ſuum ſcripſiſſe *Manucius*, non autem *Manutius*.

Digitized by Google

Venetiis anno 1581. ſuum Commentarium in tres libros Ciceronis de *officiis*, dicavit *illuſtriſſimo & excellentiſſimo domino*, ut vocat, Veſpaſiano Gonzagæ Columnæ, Duci Sablonetæ &c. quem doctiſſimum eſſe dicit, cujusque *eruditionem minime vulgarem*, *ſed eximiam*, *& rerum maxime reconditarum*, *aliasque virtutes*, *& optimas tum corporis*, *tum animi dotes* prædicat, quemque *nobiliſſimo genere ortum*, *ſummorum principum amicitiis atque affinitatibus*, *non exiguis opibus*, *ampliſſimis clientelis atque incredibili omnium gratia florere* affirmat. Mecum autem miraberis ſortem harumce variarum in Odyſſeam lectionum quæ e docti principis Italici in docti Principis Germanici, pariter Muſarum cultoris & fautoris & librorum conquirendorum ſtudioſiſſimi Bibliothecam tranſiverunt. Tu autem vale, vir præſtantiſſime, diuque ſanus & incolumis tuæ gloriæ interſis, meque tui amantiſſimum, amare, ut facis, pergas.

Scripſi Vinariæ in ædibus Sereniſſimi Ducis Regnantis anno 1782. die 15. Novembris.

Digitized by Google

VARIÆ LECTIONES IN ODYSSEÆ

Librum primum.

V. 2. Πλάγχθη) ϖλάχθη. v. 15. Ἐν σϖέσι γλαφυροῖσι) Altera lectio in Codice Veſpaſian. adſcripta, ἐν σϖέεσι, pro ἐν σϖέσι, quod in Editionibus Florentina, Romana, Aldina, & Lovanienſi, & pro σϖέσσι quod in Clarkii Erneſtina. v. 16. Περιϖλομένων ἐνιαυτῶν.) Altera lectio in Cod. Veſpaſian. adſcripta, ϖεριτελομένων. v. 19. Καὶ μετὰ οἷσι φίλοισι.) οἷς ἑτάροισι. v. 56. Αἰεὶ δὲ μαλακοῖσιν.) Altera lectio in Cod. Veſpaſ. adſcripta, αἰεὶ ἐν. v. 57. Θέλγει.) Altera lectio in Cod. Veſpaſ. adſcripta, θέλγε. v. 60. Οὔ νύ τ' Ὀδυσσεύς.) ὔνεκ'. v. 62. Ὠδύσαο.) ὠδύσαιο. v. 66. Ὃς ϖερὶ μέν.) ϖέρι. Ibid. v. 66. ϖερὶ δ' ἱρά.) ϖέρι. v. 69. Κύκλωϖος κεχόλωται.) κεχόλωτο. v. 71. Πᾶσι Κυκλώϖεσσι.) Sic Ed. Aldina, Clarkii Erneſtina, ϖᾶσιν Κυκλώϖεσσι, Romana ϖᾶσιν ἐν Κυκλώϖεσσι. Altera lectio in Cod. Veſpaſian. adſcripta, ἐν ϖᾶσι Κυκλώϖεσσι. v. 115. Ὀσσόμενος.) ἐσσόμενος. v. 117. Καὶ κτήμασιν οἷσιν ἀνάσσοι.) Καὶ δμώμασιν οἷσιν ἀνάσσει. v. 119. Βῆ δ'.) Βῆ β'. v. 124. Δεῖϖνυ ϖασσάμενος.) Altera lectio in Cod. Veſpaſian. adſcripta, γευσάμενος. v. 131. Ὑϖὸ δὲ θρῆνυς ϖοσὶν εἶεν.) ἦεν. v. 132. Παρ' δ' αὐτός.) Altera lectio in Cod. Veſpaſian. adſcripta, ϖὰρ δ' αὐτήν. v. 134. Δείϖνῳ ἀδήσοιεν.) ἀνδήσειεν. v. 140. Χαριζομένη ϖαρεόντων.) ϖαρ' ἐόντων. v. 141. Δαιτρὸς δέ.) δαιτρεὶς δέ. v. 146. Ἔχευαν.) ἔχευον. v. 148. & 149. Σῖτον δὲ δμωαὶ ϖαρενήνεον ἐν κανέοισιν. Οἳ δ' ἐϖ' ὀνείαθ' ἕτοιμα ϖροκείμενα χεῖρας ἴαλλον. Κῦροι δὲ κρητῆρας ἐϖεστέψαντο ϖοτοῖο.) in Veſpaſian. Codice unus verſus additus eſt & alii hoc ordine exhibentur: Σῖτον δὲ δμωαὶ ϖαρενήνεον ἐν κανέοισιν. Κοῦροι δὲ κρητῆρας ἐϖεστέψαντο ϖοτοῖο. Νώμησαν δ' ἄρα ϖᾶσιν, ἐϖαρξάμενοι δεϖάεσσιν. Οἳ δ' ἐϖ' ὀνείαθ' ἕτοιμα κ. τ. λ. v. 162. Κῦμα κυλίνδοι.) κυλίνδει. v. 199. Ἐρύκανόωσ'.) ἐρυκάνουσ'. v. 203. Φίλης ἀϖὸ ϖατρίδος αἴης.) ἄϖο. v. 205. Φράσσεται ὥς κε.) Φράσσεται δ'. v. 109. Ἐμισγόμεθ'.) ἐμισγέμεθ'. v. 222. γενεήν γε.) γενεήν τε. v. 225. Τίς δαίς.) τίς δαίς. Ibid. v. 225. Ὅμιλος ὅδ' ἔϖλετο.) ὧδ'. Ibid. v. 225. Χρεώ.) Χρειώ. v. 226. Εἰλαϖίν' ἠὲ γάμος.) εἰλαϖίνη, ἠὲ γάμος. v. 235. ϖερὶ ϖάντων.) ϖέρι ϖάντων. v. 243. Οὐδ' ἔτι.) ὐδέ τι. v. 252. Ἐϖαλαστήσασα.) ἐϖαλαιστήσασα. v. 253. Ὤ ϖόϖοι.) Ὢ ϖόϖοι. v. 254. Δευῆ. Altera lectio in Cod. Veſpaſian. adſcripta, δευείη. Ibid. v. 254. ὅ κε.) ὅ κεν. v. 295. Ὀϖϖως κεν.) ὅϖϖως δή. v. 302. Ἄλκιμος ἔσσ'.) ἔσο. v. 315. Μή μ' ἔτι νῦν.) μηκέτι. v. 320. Ἀνόϖαια) ἀνοϖαῖα. v. 340. Ἀϖόϖαυε ἀοιδῆς.) ἀϖόϖαυε. v. 365. Ὁμάδησαν.) ἠμάδησαν. v. 370. Ἐϖεὶ τόδε.) τό γε. v. 372. Καθεζώμεθα) καθεζώμεσθα. v. 377. Ὀλέσσαι,) ὀλέσθαι. v. 391. Ἦ φής.) ἢ φής. v. 401. Ὅστις ἀμφιάλῳ.) ὅστις ἐν ἀμφιάλῳ. v. 403. Ὅς τις ἀέκοντα.) ὅστις σ'. v. 418. Μέντις Ἀγχιάλοιο.) Μέντης δ'. v. 421. Ὀρχηστήν.) ὀρχηστύν.

In librum ſecundum.

V. 3. Ἑσσάμενος) ἐσσάμενος. v. 4. Ποσσὶ δ' ὑϖό.) ὑϖαί. v. 5. Ἐκ θαλάμοιο.) μεγάροιο. v. 32. Ἠέ τι δήμιον ἄλλο ϖιφαύσκεται.) ἢ ἔτι δήμιον ἄλλο ϖιφάσκεται. v. 37. Στῆ δὲ μέσῃ.) στῆ δ' ἐνί.

Digitized by Google

ἔνι. v. 40. Τάχα δ' εἴσεαι.) μάλα δ'. v. 41. Ὅς λαὸν ἤγειρα.) ἤγειρεν. v. 43. ἦν χ' ὑμιν.) ἡμῖν. Ibid. v 43. ὅτε.) ὅτι. v. 55. Εἰς ἡμέτερον.) ἡμετέρου. Altera lectio in Cod. Veſpaſian. adſcripta, ἡμετέρους. v. 60. Οὐ νύτι τοῖοι.) τοι τοῖοι. v. 62. Ἀμυνέμην.) ἀμυναίμην. v. 63. Ἀνσχετά.) ὡς σχετά. v. 65. Ἄλλους ἀιδέσθητε ϖεριπτίονας.) ϖεριπτίονας. v. 68. Θέμιστος.) Θέμιδος. v. 74. Ὀτρύναντες.) ὀτρύνοντος. v. 76. Φάγοιτε.) φάγητε. v. 86. Ἐθέλεις δέ κε μιῶμον ἀνάψαι. Altera lectio in Cod. Veſpaſ. adſcripta, με μιῶμον ἀνάψαι. Clarkius contulit Phocylid. v. 66. μή μιῶμον ἀνάψῃς. Adde & Nonnum L. 12. p. 340. L. 16. Ed 1610. dixiſſe, σὺ δὲ μιῶμον Ἀμαδρυάδεσσιν ἀνάπτῃς, ubi Anonymus, cujus acutiſſimæ in Dionyſiaca notæ marginales a nobis editæ ſunt, male correxit κιῶμον, huiuſce verſus Homerici immemor. Hiſce autem quæ de illis in Nonni Dionyſiaca Animadverſionibus, quorum Auctor nobis ignotus eſt, diſputavimus, addendum eſt, Johannem Alberti p. 215. doctiſſimæ doctiſſimi Fabricii vitæ a Reimaro confectæ, ad eundem Fabricium ſcribere: „unum addam, nactum me eſſe duo „inſignia κειμήλια, Nonni ſcilicet Dio„nyſiacorum (1569.) exemplar cum „uberrimis notis Mſſ. ineditis Daniel. „Heinſii &c. „ illæ autem notæ quas e margine noſtri exemplaris ex Ed. ann. 1610. deſcriptas edidimus, nec uberrimas, nec Heinſii, eſſe patet. v. 98. Ἦτοι.) ἤτοι. v. 99. εἰς ὅτε.) Altera lectio in Cod. Veſpaſian. adſcripta, ὅ γε. v. 103. Αὖτε ϖεπείθετο.) αὖτ' ἐϖεϖείθετο. v. 104. Ὑφαίνεσκε.) ὕφαινεσκεν. v. 116. Περιδώκεν.) ϖερὶ δώκεν. v. 125. τίθετ.) τιθεῖσι. Ibid. v. 125. Μέγα μὲν κλέος αὐτη.) αὐτῆς. v. 133. Ἐγιών. Altera lectio in Cod. Veſpaſ, adſcripta, ἐκιών. Ibid. v. 133. Ἀϖό.) ἄϖο. v. 137. Ὡς ὅ.) ὥς ὅ. v. 140. Ἡμά.) ὑμά. v. 141. Ὑμῖν.) ὔμμιν. v. 144 Ἄμε ϖοτί.) ἄμέ ϖοτε. v. 151. Ἐπιδινηθέντες.) ἐϖιδινηθέντε. Ib. v. 151. Πτερὰ ϖολλά.) ϖυκνά. v. 154. Πόλιν.) ϖολλήν. v. 156. Ἔμελλον.) ἔμελλεν. v. 160. Ὁ σφιν ἐὺφρονέων.) εὖ φρονέων. v. 161. Νῦν μεῦ.) νῦν μευ. v. 162. Πιφαυσκόμενος.) ϖιφασκόμενος. v. 172. Εἰσανέβαινον.) ἐϖ' ἀνέβαινον. v. 178. Ἄγε νῦν.) ἄγε δή. v. 191. Τῶνδε.) τῶν γε. v. 207. Ὀϖυέμεν.) ὀϖυιέμεν. v. 211. Τά γ' ἴσασι.) τά δ'. v. 218. Εἰ μέν κεν.) κε. v. 220. μή δετ'.) μηδ' ἔτι. v. 223. Ὅσσα ἔοικε.) ὅσσ' ἐϖέοικε. v. 224 Κατά ῥ' ἕζετο.) κατ' ἄρ. v. 238. Οὐκ ἔτι.) οὐκέτι. v. 245. Μαχήσασθαι.) μαχέσασθαι. v. 249. Κεχάροιτο.) κεχαρόιατο. v. 255. Αἰψηρήν.) λαιψηρήν. v. 262 Ὅς χθιζός.) ὅ χθιζός. v. 270. Ὄϖιθεν.) ὄϖισθεν. v. 278. Ὄϖιθεν.) ὄϖισθεν. v. 288. Διώματ' ἐών.) ἰών. v. 290. Ἀμφορεῦσι.) ἀμφιφορεῦσι. v. 291. Πυκνοῖσιν.) ϖυκινοῖσιν. Ibid. v. 291. Ἑτέρους.) ἑταίρους. v. 296. Ὡς ἔφατ'.) ὥς φάτ'. v. 299. Ἀγήνορας ἐν μεγάροισι.) ἐνὶ μεγάροισιν ἑοῖσιν. v. 306. Ταῦτα δέ τι.) τοι. v. 316. Ὡς κ' ὔμμι.) ὔμμι. v. 317. Πύλον δ' ἐλθών.) Πύλον γε. v. 320. Ὡς νύ ϖερ.) νύ ϖου. Ib. v. 320. ἐείσατο.) ἔεισατο. v. 329. Θυμοθόρα.) θυμοφθόρα. v. 335. Κτήματα γάρ κε ϖάντα δασαίμεθα.) γάρ κε ϖάντα δασαίμεσθα. v. 350. Ὅτις μετὰ τὸν λαρώτερος.) ὅ τις μετὰ τὸν λαρώτατ'. v. 359. Εἰς Σϖάρτην καί.) Σϖάρτην τε καί. v. 367. Φράσσονται.) φράσσονται. v. 368. Δάσωνται.) δάσονται. v. 375. Ποθέσαι.) ϖυθέσθαι. v. 383. Πτόλιν.) ϖόλιν. v. 391. Ἐσχατιῆς λιμένος.) ἐσχατιῆς. v. 397. Πόλιν.) ϖτόλιν. Ib. v. 397. Οὐδ' ἄρ'.) οὐδ' ἄρ. v. 398. Ἐϖεί σφισιν.) σφιν. v. 400. Εὐναιεταόντων.) ἐϋ ναιεταόντων. v. 408. Εὗρον.) εὗρεν. Ibid. v. 408. Ἑταίρους.) Ἀχαιούς. v. 414. Οἰδ' ἅμα.) ἄρα. Ib. v. 414. Ἐϖὶ νηΐ.) ἐνὶ νηΐ. v. 417.

F

Digitized by Google

Καλὰ ῥ' ἔζετο.) καὶ ἄρ ἔζετο. Ib. v. 417. Ἄρ' αὐτῆς.) hic, ut ſemper in illo Codice Veneto cujus aurea in Iliadem Scholia mox edemus, ἄρ pro ἄρ'. v. 429. Διαπρήσεσα.) διαπρήσσεσα.

In librum tertium.

V. 9. Ἔνθ'.) ἔυθ'. v. 9. Μηρία καῖον.) μηρὶ ἔκαιον. v. 16. Κεῦθε.) Altera lectio in Cod. Veſpaſ. adſcripta, κύθε. v. 23. Πεπείρημαι.) πεπείραμαι. v. 31. Ἀγυρίν τε.) ἀγορήν. v. 35. Ἑδριάασθαι.) ἑδρίασθαι. v. 37. Ἵδρυσε.) ἵδρυσεν. v. 44. Ἠνήσατο.) ἠνήσατε. v. 80. Καίτοι λαλαλέξω.) κέ τοι. v. 83. Κλέος εὐρύ.) ἐσθλόν. Ib. v. 83. Μετέρχομαι.) ἀπέρχομαι. v. 92. Αἴκε θέλησθα.) αἴκ' ἐθέλησθα. v. 93. Κήνε.) κείνε. v. 102. Τὸν δ'.) τῶν δ'. v. 105. Ξύν.) σύν. v. 109. Μαρνάμεθ'.) μαρνάμεσθ'. v. 112. Θείην.) θείειν. v. 127. Οὐδέ τέ ποτ'.) ὅτε πότ'. v. 130. Αἰπύν.) αἰπήν. v. 131. Ἐσκέδασεν. Altera lectio in Cod. Veſpaſ. adſcripta, ἐκέδασεν. v. 134. Τῷ σφέων. Altera lectio in Cod. Veſpaſ. adſcripta, τῶν σφέων. v. 138. Ἄταρ.) αὐτάρ. v. 144. Ῥέζειν.) ῥέξαι. v. 146. Ἡδν.) ἥδει. v. 163. Ποικιλομήτην.) ποικιλομήτιν. v. 164. Αὖτις.) αὖθις. v. 169. Ἔκιχε.) ἔκιχεν. v. 175. ὑπεκκακότητα.) ὑπ' ἐκ. v. 181. Ἑτάροι.) ἕτεροι. v. 183. Ἐπειδή.) ἐπεὶ δή. v. 200. Τίς τε.) τίς σε. 204. Ἐσσομένοισιν ἀοιδήν.) ἐσσομένοισι πυθέσθαι. v. 205. Αἰ γάρ ἐμοὶ τοσήνδε.) Εἴτ' ἄρ ἐμοὶ τοσσήνδε. v. 213. Μηχανάασθαι.) μητιάασθαι. v. 216. Ἀπολίσσεται.) ἀπολίσσεται. v. 218. Ἐθέλει.) ἐθέλοι. v. 219. Ὡς τότ'.) ὥς ὅτ'. Ib. v. 219. Περικήδετο.) πέρι κήδετο. v. 227. Οὐδ' ἂν ἔμοι γε.) ὃκ ἄν. v. 231. σαώσαι.) σαώσοι. v. 232. Βελοίμην δ' ἔγωγε.) δ' ἂν ἔγωγε. v. 258. Τῷ κέ οἱ.) τῷ κέν οἱ. v. 280. Οἷς ἀγανοῖσι βέλεσσιν.) οἷς ἀγανοῖς βελέεσσιν. v. 286. Καὶ κεῖνος.) κἀκεῖνος. v. 290. Τροφέοντα.) τροφέοντο. v. 297. Αἱ μὲν ἄρ'.) ἄρ, & ſic ubique, quod hic monuiſſe ſufficiat. v. 302. Νηυσὶν ἐπ'.) νηυσὶ καὶ. v. 315. Μὴ τοι.) μὴ δή. v. 316. σὺ δὲ τηΰσίην.) τ' ἠυσίην. v. 324. Εἰ δὲ θέλεις πεζός.) εἰ δ' ἐθέλοις. v. 325. πομπῆες ἔσονται.) πομπὴν ἔσονται. v. 329. Ἠέλιος δ' ἄρ'.) ἄρ. v. 361. Εἴπωτε.) εἴπω δέ. v. 370. Ἐλαφρότατοι.) ἐλαφρότεροι. v. 372. Ἰδόντας.) Ἀχαιός. v. 414. Ἀρνῦτε.) Ἀρρῆτε. v. 419. Ἱλάσσομ'.) ἱλασσώμεθ'. v. 434. Εὐποίητον.) εὐποίητον. v. 438. Κεχάροιτο.) κεχαροίατ'. v. 469. Καλά ῥ' ἔζετο.) καὶ ἄρ. v. 476. Πρήσσουσιν.) πρήσσωσιν. v. 484. Οὐκ ἄκοντε.) ἀέκοντε. v. 490. Θῆκεν.) θῶκεν. v. 494 Μάστιξε.) μάστιξεν. v. 497. Δύσετο.) δύσσετο.

In librum quartum.

V. 2. Ἕλον.) ἕλων. v 27. Γενεῦ.) γενεήν. v. 29. Πέμπομεν.) πέμπωμεν. v. 33. Φαγόντε.) φαγόντες. v. 38. Ἅμ' ἑσπέσθαι.) ἅμα σπέσθαι. v. 45. Ἡέ.) ἠδέ. v. 60. Σίτε δ' ἅμ'.) σῖτε θ' ἅμ'. v. 92. Ἀλωϊσθῆ.) ἀνωϊσθῆ. v. 108. Ἄχος. Altera lectio in Cod. Veſpaſ. adſcripta, ἄχθος. v. 115. Ὀφθαλμοῖϊν.) ὀφθαλμοῖσιν. v. 118. Ἐάσει ἐπιμνησθῆναι.) ἐάσειε μνησθῆναι. v. 123. Ἐΰτυκτον.) εὔτυκτον. v. 124. Φέρε.) φέρεν. v. 126. Πολύβοιο.) Πολύβε. v.130. Χωρὶς δ' αὖ.) δ' αὖθ'. v.131. Ὄπασεν.) ὄπασσεν. v. 149. Κείνε γάρ.) κείνε μέν. v. 152. Κεῖνος.) ἐκεῖνος. v. 153. Πικρόν.) πυκνόν. v. 154. Ὀφθαλμοῖϊν.) ὀφθαλμοῖσιν. v. 162. Τῷ ἅμα.) τῶνδ'. v. 165. Μὴ πολλοί.) ἄλλοι. v. 170. Πολεῖς.) πολέας. v. 172. Ὑπείρ.) ὑπέρ. v. 174. Καί κεν.) καί κε. v. 181. Ἀγάσεσθαι.) ἀγάσσεσθαι. v. 193. Καὶ νῦν εἴ τι πω.) εἴ τί πω.

v. 201. Πέρι.) περί. v. 202. Πέρι.) περί. v. 208. Γειτομένῳ.) γεννομένῳ. v. 226. Δηΐόωεν.) δηϊόωεν. v. 228. Πολύδαμνα πόρε.) Πολυδάμνα πόρεν. v. 240. Ἔγω.) ἔγωγε. v. 247. Αὐτόν.) αὐτόν. v. 251. Ἀνηρώτεον. Altera lectio in Cod. Veſpaſ. adſcripta, ἀνειρώτων. v. 252. Χρῖον.) ἔχρισ'. v. 254. Τρώεσσ'.) Τρώσσ'. v. 279. Ἐΐσκυσ'.) ἴσκυσ'. v. 282. Ὁρμηθέντες.) ὁρμηθέντε. v. 292. Τά γ'.) τάδ'. v. 298. Στορέσαι τ' ἐφύπερθε.) στορέσαι καθύπερθε. v. 301. Δάος.) δᾴδας. v. 302. Δὲ στόρεσαν.) δ' ἐστόρεσαν. v. 304. Δὲ κάθευδε.) δ' ἐκάθευδε. v. 321. Ὕβριν.) ἦτορ. v. 326. Μηδέτι.) μηδ' ἔτι. v. 337. Κνημὺς) κρημνούς. v. 342. Οἷος πότ'.) οἷός ποτ'. v. 348. Παρέξ.) πάρεξ. v. 357. Ἐπιπνείησιν.) ἐπιπνείεισιν. v. 358. Ἀπὸ νῆας.) ἄπο, ſed altera lectio in Cod. Veſpaſian. adſcripta, ἐπί. v. 366. Ὤρινα.) ὔρινα. v. 369. Γναμπτοῖς.) γναμπτοῖσιν. v. 370. Ἦδ' ἐμεῦ.) ἤδε μευ. v. 380. Κελεύθου. Altera lectio in Cod. Veſpaſian. adſcripta, κέλευθον. v. 381. Ὡς.) ὥς. v. 438. Διαγνάψασα.) διαγνάμψασα. Altera lectio in Cod. Veſpaſian. adſcripta, διαγλάψασ'. v. 441. Ἔπι.) Ἐπί. v. 442. Κεῖθι δή.) Κεῖθι δ' ἄρ. Altera lectio in Cod. Veſpaſian. adſcripta, ἔνθα κεν. v. 443. Τίς γάρ κ' εἰναλίῳ) εἰν ἁλίῳ. v. 449. Ἑξῆς ηὐνάζοντο) ἑξέιης εὐνάζοντο. v. 453. Ὠίσθη.) ᾠΐσθη. v. 463. Ἔλοις.) ἕλῃς. v. 469. Κελεύθε.) κέλευθον. v. 471. Αὖτις.) αὐτίκ'. v. 477. Πρίν γ' ὅτ' ἄν.) ὅταν. v. 489. Ἀδευκεῖ.) ἀδευκεῖ. v. 495. Τῶν δε δάμεν, πολλοὶ δὲ λίποντο.) τῶν γε θάνον, πολλοὶ δ' ἐλίποντο. v. 497. Μάχῃ δὲ καὶ σύ.) μάχῃ δ' ἔτι καὶ σύ. v. 509. Τὸ πρῶτον.) τοπρῶτον. v. 516. Μεγάλα.) βαρέα. v. 517. Ἐσχατιήν.) ἐσχατιῇ. v. 527. Μή ἑ λάθοι.) λαθῃ. v. 541. Τ' ἐκορέσθην.) τε κορέσθην. v. 542. Με.) μοι. v. 543. Οὔτω.) αἰέι. v. 547. Ἀντιβολήσαις.) ἀντιβολήσεις. v. 548. Ἐμοί) μοί. v. 550. Προσνύδα) προσνύδων. v. 554. Αὖτις.) αὐτίκ'. v. 570. Ἐδύσατο.) ἐδύσετο. v. 574. Ὁπλισάμεθ'.) ὁπλισάμεσθ'. v. 578. Τιθέμεθα.) τιθέμεσθα. v. 579. Ἐν δέ.) ἂν δέ. v. 616. Χρυσῷ δ' ἔπι.) ἐπί. v. 621. Δ' ἐς.) δ' ἀνά. v. 643 Ἠὲ οἳ αὐτῷ) ἢ ἑοῖ αὐτῶ. v. 644. Δέναιτό τε.) δύναιτό κε. v. 646. Ἀπηύρατο.) ἀπηύρα. v. 654. Μέντορα, ἠὲ θεόν.) ἤϊθεον. v. 665. Παῖς.) παῖς. v. 695. Μετόπισθεν εὐεργέον.) μετόπισθ' εὐεργέων. v. 697. Εἰ γάρ.) αἲ γάρ. v. 704. Ἀμφασίη.) ἀφρασίη. v. 721. Τῆς.) τήνδ'. v. 727. Ἀποκτεῖναι μεμάασιν.) ἀνηρείψαντο θύελλαι. v. 748. Ἀκῦσαι. Altera lectio in Cod. Veſpaſ. adſcripta, πυθέσθαι. v. 750. Χροΐ.) χερί. v. 753. Σαώσει) σαώσαι. v. 756. Ἔχθεσθαι.) ἄχθεσθαι. v. 761. Ἠρᾶτο.) ἤρατο. v. 771. Ἀρτύνει.) ἀρτύει. v. 774. Ἀλέασθε.) ἀλέεσθαι. v. 783. Πάντα κατὰ κ. τ. λ. Deerat in Veſpaſ. Cod. v. 784. δέ σφιν ἔνειкαν.) σφ' ἤνεικαν. v. 785. Ἐν δ' ἔβαν.) ἐκ δ' ἔβαν. v. 786. Ἐνθάδε.) ἔνθα δέ. v. 787. Ὑπερωΐῳ αὖθι.) ὑπερῷ ἀναβᾶσα. v. 793. Ἐπέλλαβε.) ἐπῆλθεν. v. 798. Ὄπνε.) ὕπνε. Ibid. v. 798. Ἐνί.) ἔνι. v. 800. Εἵπως.) ἕιως. v. 802. Ἱμάντος.) ἱμάντα. v. 806. Ἀκάχησθαι.) ἀκαχῆσθαι. v. 807. Παῖς) παῖς. v. 821. Τῶν ἐνί. Altera lectio in Cod. Veſpaſian. adſcripta, τῷ. v. 825. Πάγχυ φρεσί.) ἐνὶ φρεσί. Altera lectio in Cod. Veſpaſ. adſcripta, μετὰ φρεσί.

In quintum librum.

V. 2. Ὤρνυθ'.) ὤρνυθ'. v. 7. Οἱ δ' ἄλλοι.) ἠδ' ἄλλοι. v. 11. Οὔτις.) ὅτι. v. 19. Νεισόμενον.) νισόμενον. v. 34. Ἤματί κ'.) ἤματι γ'. v. 39. Οὐδέποτε Τροίης.) ἐδέποτ' ἐκ Τροίης.

Digitized by Google

v. 44. Ἀυτίκα δ' ἔπειθ'.) αὐτίκ' ἔπειθ'. Ibid. v. 44. Πέδιλα.) πέδιλα. v. 48. Ὑπνιόοντας.) ὑπνώοντας. v. 52. Κατὰ δεινὸς. Altera lectio in Cod. Veſp. adſcripta, κατ' ἀδεινὸς. v. 59. Κάιετο, τηλόσε.) δάιετο, τηλόθι. v. 60. Θύου τ') Lovanienſis Editio, θείου τ'. v. 75. Διάκτορος.) κρατύς. v. 91. Ἀλλ' ἔπεο κ. τ. λ.) Hic verſus in Cod. Veſpaſ. aliena manu adſcriptus erat. v. 99. Ζεὺς ἐμ' ἠνώγει.) ἐμέ γ' ἠνώγει. v. 108. Ἀθηναίην ἀλιτοντο.) ἐς Ἀθηναίην. v. 110. Ἀπέφθιθον.) ἀπέφθιθεν. v 120. Ἀκοίτην.) ἄκοιτιν. v. 129. Ἄγασθε.) ἀγᾶσθε. v. 132. Ἐλάσας.) ἔλσας. v. 146. Νῦν. Altera lectio in Cod. Veſpaſ. adſcripta, νιν. v. 162. Ἀλλ' ἄγε.) ἀλλά γε. v. 163. Αὐτῇ.) αὐτῆς. v. 164. Ὥς σε.) Lovanienſis Editio, ὥς κε. v. 170. Κρῖνά τε.) κρηῆναί τε. v. 201. Πολῦτος. Altera lectio in Cod. Veſpaſ. adſcripta, πολῦος. v. 204. Οἶκον.) οἰκόνδε. v. 221. Θειῶν.) θειῶν μ'. v. 227. Μένοντε.) μένοντες. v. 232. Ἐπέθηκε.) ἐφύπερθε. v. 236. Ἐπαρηρός.) ἐναρηρός. v. 238. Ἐσχατιῆς.) ἐσχατιήν. v. 248. Ἄραρεν.) ἄρηρεν. v. 252. Ἴκρια.) ἰκρία. v. 253. Ἐπηγκενίδεσσι.) ἐπικενίδεσσι. v. 267. Τίθοι.) τίθει. v. 284. Σολύμων εἶδεν.) Σολύμων ὀρέων ἴδεν. v. 285. Ἐπιπλεώων.) ἐπιπλείων. v. 290. Ἄδην.) ἄδην. v. 292. Ὠρόθυνεν) ὀρόθυνεν. v. 295. Νότος τ' ἔπεσε.) νότος τε πέσον. v. 303. Οἴοισι.) οἰοισιν. v. 310. Πλειίωνι.) Πηλείωνι. v. 323. Ἤ οἱ.) ἦ οἱ. v. 326. Κάθιζε.) καθῆστο. v. 337. Ἀνεδύσετο.) ἀνεδύσατο. v. 346. Τάνυσσαι.) τάνυσσον. v. 352. Ἐδύσετο.) ἐδύσατο.. v. 362. Τήσομαι.) τλήσομαι. v. 365. Καὶ κατὰ θυμόν.) δῖος Ὀδυσσεύς. v. 397. Ἀσπασίως) ἀσπάσιον. v. 409. Ἐπέρησα.) ἐπέρασσα. Altera lectio in Cod. Veſpaſ. adſcripta, ἐτέλεσσα. v. 419. Ἐξ ἄυτις) ἐξαῦτις. v. 430. Καὶ τό μέν.) καὶ τότε. v. 435. Κῦμα κάλυψεν.) κῦμ' ἐκάλυψεν. v. 437. Ἐπὶ φροσυνὴν δῶκε.) ἐπὶ φρεσὶ θῆκε. v. 438. Κύματος.) κύματα. v. 439. Νῆχε παρέξ.) νήχε πάρεξ. Altera lectio in Codice Veſpaſian. adſcripta, νῆξε. v. 445. Πολσλιστος.) πολύλλιστον. v. 456. Ῥῖνας.) ῥῖνα. v. 471. Ἔι κε μεθείη.) ἔι με. v. 472. Ἐπέλθῃ.) ἐπέλθοι. v. 473. Δείδω.) δείδια. v. 475. Βῆ δ'.) βῆ ῥ'. Ibid. v. 475. Ἐς ὕλην.) Altera lectio in Cod. Veſpaſ. adſcripta, εἰς ὕλην. v. 481. Ἔφυν.) Altera lectio in Cod. Veſpaſ. adſcripta, ἔφυν τ'. v. 482. Δύσετ'.) δύσατ'.

In librum ſextum.

V. 24. Ἐεισαμένη.) ἐειδομένη. v. 28. Οἵ κε σ' ἄγωνται.) κ' ἐσάγωνται. v. 50. Διὰ δώμαθ'.) κατά. v. 51. Ἔνδον.) ἔνδοθ'. v. 53. Ἠλάκατα.) Altera lectio in Cod. Veſpaſ. adſcripta, ἠλακάτα. v. 54. Βασιλῆας.) ἐπικέρυς. v. 61. Ἔχοντα.) ἔχοντι. v. 63. Θαλέθοντες) θαλέοντες. v. 73. Ὄπλεον.) ὤπλεον. Ibid. v. 73. Ἀπήνῃ.) ἀπήνην. v. 89. Παρά.) πάρα. v. 95. Ἀποπλύνεσκε.) ἀποπλύεσκε. v. 99. Σίτυ.) Altera lectio in Cod. Veſpaſ. adſcripta, δείπνυ. v. 116. Ἔμπεσε) ἔμβαλε. v. 121. Φιλόξενοι) φιλόξεινοι. v. 125. Ἦ νύ πυ.) Ἠ νύ πυ. v. 127. Θάμνον ὑπεκδύσετο.) θάμνων ὑπεδύσετο. v. 136. Χρειώς.) χρειώ. v. 137. Σμερδαλέως.) σμερδαλέος. v. 144. Ὀι δείξειε πόλιν καὶ εἵματα δοίη.) εἰ δείξειε πόλιν καὶ οἱ εἵματα δοίη. v. 155. Τρισμάκαρες μεν.) δέ. v. 157. Τοῖον δέ.) τοιόνδε. v. 164. Ἔπλετο λαός.) ἔσπετο λαός. v. 165. Ἦ δή μέλλεν ἐμοί.) ἦ δή μοι ἔμελλεν. v. 171. Κῦμα φόρει.) κῦμ' ἐφόρει. v. 174. Παύσεσθ'.) παύσασθ'. Ibid. v. 174. Τελέυσι.) τελέσυσι. v. 203. Δηιότητα.) δηιότῆτα. v. 210. Ὄθ' ἐπί.) ἵν' ἐπί.

v. 212. 'Ὀδυσσῆ.) 'Ὀδυσσέα. v. 220. 'Ἀϖὸ χροός.) ἄϖο. v. 222. Μετελθών) ἐϖελθών. v. 236. Θῖνα.) θινί. v. 247. 'Ηδὲ ϖίθοντο.) ἠδ' ἐϖίθοντο. v. 255. "Ορσεο δὴ νῦν.) νῦν ὤ. v. 259. Μέν κ' ἀγρὺς.) μέν κεν ἀγρὺς. v. 262. "Ην ϖέρι.) ἦν ϖερί. v. 268. "Ενθα δέ.) ἐνθάδε. v. 288. Μίσγεται.) μίσγηται. v. 293. "Ενθα δέ.) ἐνθάδε. v. 294. 'Ἀϖὸ ϖτόλιος.) ἄϖο. v. 301. Γάρ τι.) γάρ τοι. v. 324. Κλῦθί μοι.) μευ. v. 329. 'Εναντίον.) ἐναντίη.

In librum ſeptimum.

V. 5. 'Ἀϖ' ἀϖήνης.) ὑϖ' ἀϖήνης. v. 14. 'Ἀμφὶ δ'.) 'Αυτάρ. v. 26. Γαῖαν ἔχουσι.) ἔργα νέμονται. v. 35. Διῶκε Κρονίων.) διωκ' ἐνοσίχθων. v. 96. "Ενθ' ἐνί.) ἔνι. v. 103. Πεντήκοντα δέ οἱ.) ϖεντήκοντα δ' ἔσαν. v. 104. Μύλης ἐϖί.) ἔϖι. v. 108. Τόσσον.) ὅσσον. v. 114. "Ενθα δὲ δένδρα μακρά.) ἐνθάδε δένδρα καλά. v. 115. "Ογχναι.) ὄχναι. v. 116. Συκαῖ.) συκαί. v. 117. 'Εϖιλείϖει.) ἀϖολείϖει. v. 120. "Ογχνη ἐϖ' ὄγχνῃ.) ὄχνη ἐϖ ὄχνῃ. v. 121. Αὐτὰρ ἐϖεί.) ἐϖί. v. 124. 'Ετέρας δ' ἄρα τε.) ἄρα γε. v. 129. 'Εν δὲ δύο.) ἔνθα δύω. v. 131. 'Υδρεύονται.) ὑδρεύοντο. v. 146. Θυγάτηρ.) θύγατερ. v. 148. Τοῖσίν τε.) τοῖσιν. v. 149. "Εκαστα.) ἕκαστος. v. 153. Κατὰ ῥ' ἕζετο.) κατ' ἂρ ἕζετο. v. 168. Ποικιλομήτην.) ϖοικιλόμητιν. v. 170. Λαοδάμαντα.) Λαομέδοντα. v. 178. Ποντόνοε.) ϖοντόνεε. v. 179. 'Ἀνὰ μέγαρον.) ἀμμέγαρον. v. 183. Νώμησε.) νώμησεν. v. 190. Ξεῖνον ἐνὶ μεγάροις.) ἐνιμμεγάροις. v. 197. "Ασσα.) ὅσσα. Ibid. v. 197. Κατακλῶτες.) καταλκωθοῖ. v. 201. Τὸ ϖάρος γε) τοι. Altera lectio in Cod. Veſpaſ. adſcripta, ϖοι. v. 202. "Ερδωμεν.) ἔρδωμεν. Ibid. v. 202. 'Αγακλητάς.) ἀγακλειτάς. v. 221. Ληθάνει κ. τ. λ. poſt hunc verſum in Veſpaſ. Cod. ille additus eſt: Καὶ δ' ἔτι κεν καὶ ϖλεῖον' ἐγὼ κακὰ μυθησαίμην. v. 221. 'Αρήτη.) 'Αρέτη ut & v. 233. & ſic paſſim. v. 246. Ναίει.) ναῖεν. v. 262. Δή με κέλευσεν.) δή μ' ἐκέλευσεν. v. 263. "Η.) ἦ. v. 267. 'Εϖτακαίδεκα.) ἑϖτὰ δὲ καὶ δέκα. v. 272. κελεύθους.) κέλευθα. v. 278. "Ενθα κέ με.) ἔνθα δέ με. v. 291, Θεοῖσιν.) θεῇσιν. v. 294. 'Ερξέμεν'.) ἐρξέμεν. v. 303. Τ' οὕνεκ'.) τοὔνεκ'. v. 314. 'Οικον δὲ ἔγω.) οἶκον δέ τ' ἐμόν. v. 316. Μή δ' οὔτο.) μὴ τοῦτο. v. 317. Τόδ'.) Altera lectio in Cod. Veſpaſ. adſcripte, τό γ'. v. 320. "Ει ϖου τι.) ἔι ϖου τοι. v. 328. "Αλα.) ἐς ἅλα. v. 330, "Εϖος τ' ἔφατ' ἔκ τ' ὀνόμαζε.) ϖρὸς ὃν μεγαλήτορα θυμόν. v. 333. 'Ικοίμην.) ἱκόμην. v. 339. Δάος.) Altera lectio in Cod. Veſpaſ. adſcripta, δᾷδας. v. 341. "Ωτρυνον 'Ὀδυσῆα.) ὤτρυνον δ'. v. 344. Κάθευδε.) καθεῦδε.

In librum octavum.

V. 4. 'Ηγεμόνευ'.) ἡγεμόνευεν. v. 6. 'Ελθόντες δὲ κάθιζον.) δ' ἐκάθιζον. v. 17. Πολλοὶ γὰρ ἐθηήσαντο.) ϖολλοὶ δ' ἄρα θηήσαντο. v. 23. Πολλοὺς τοὺς.) ϖολλοὺς οὓς. v. 25. Τοῖσιν δ'.) τοῖσι δ' ἄρ. v. 29. 'Οικήων.) 'Ηόιων. v. 36. Πάρος εἰσίν.) ἦσαν. v. 42. "Ερχνσθ'.) ἔρχεσθ'. Ibid. v. 42. Μεγάροις.) μεγάροισι. v. 49. 'Εκέλευσ'.) ἐκέλευεν. v. 53. Τροϖοῖς.) τρόϖοις. v. 54. 'Ἀνὰ δ'.) ϖαρὰ δ'. Ibid. v. 54. Πέτασαν.) τάνυσσαν. v. 60. Εἰλίϖοδας.) εἰλίϖοδας. v. 62. 'Ηλθεν ἄγων.) ἦλθε φέρων. v. 68. 'Υϖέφραδε) ἐϖέφραδε. v. 70. 'Ανώγοι.) ἀνώγει. v. 72. "Εντο.) ἔντο. v. 76. 'Ως ϖοτε δηρίσαντο.) ϖοτ' ἐδηρίσαντο. v. 84. Μέγα φάρος ἑλὼν χερσί.) μέγα χερσὶν ἑλὼν φάρος. v. 94. 'Ηδὲ νόησεν.) ἠδ' ἐνόησεν. v. 117. Λαοδάμαντα.) Λαομέδοντα. v. 120. Οἵ δή τοι.) οἱ δ' ἤτοι. v. 128. Προφερέστερος.) ϖροφερέστατος. v. 129.

Digitized by Google

Προφερέστατος.) ϖολὺ φέρτατος. v. 130. ϖαῖς.) ϖάϊς. v. 133. Εἴτιν'.) ἤν τιν'. v. 139. Ἄνδρα τε συγχεῦαι.) ἄνδρα γε συγχέαι. v. 143. Ἄκουσεν.) ἄκουσ'. v. 144. Στῆ.) βῆ. v. 147. Οὐ μὲν γὰρ μεῖζον.) οὐ γάρ τι μεῖζον. v. 148. Ῥέξει.) ῥέξῃ. v. 157. Οἴμαι.) ἥμαι. v. 166. Ἔειπες.) ἔειπας. v. 174. Ἄλλος δ' αὖ.) ἄλλος δ' αὖτ'. v. 183. Ἀλεγεινά.) ἀλγεινά. v. 185. γὰρ μῦθος.) γάρ μοι μῦθος. v. 192. Σήματα.) βήματα. v. 201. Μελεφώνεε.) μελεφώνει. v. 207. Πλήν γ'.) ϖλήν τ'. v. 227. Ἴκετ' ἐπί.) ἐνί. v. 240. Ἦσι φρεσίν.) φρέσιν ἧσιν. v. 244. Ἡμετέροις ἀρετῆς.) ἡμετέρης. v. 267. Ἄρεως.) Ἄρεος. v. 268. Πρῶτα μίγησαν.) ϖρῶτ' ἐμίγησαν. v. 277. Ὅθι φίλα.) ὅθι οἱ. v. 280. Τά κ'.) τά γ'. v. 281. Περὶ γάρ.) ϖέρι γάρ. v. 284. Ἐστίν.) ἔσκεν. v. 290. Κατά ῥ' ἔζετο.) κατ' ἄρ ἔζετο. Ib. v. 290. Εἶπε.) ἤει. v. 299. Οὐκ ἔτι.) οὐκέτι. v. 303. Ἴμεναι.) ἴμεν. v. 309. Ἀΐδηλον.) ἄϊστον. v. 315. Μέν σφας.) σφέας. Ib. v. 315. Μίνυνθάδε.) μίνυνθά γε. v. 317. Σφῶε.) σφῶι. v. 335. Δεσμοῖσι θέλοις.) δεσμοῖς ἐθέλοις. v. 341. Εἰσορόωντε.) εἰσορόωντε. v. 348. Τίσειν αἴσιμα κ. τ. λ. poſt hunc verſum ille qui in noſtris Edd. poſt 332. legitur, in Veſpaſ. Codice additus eſt: Εἴ κεν Ἄρης οἴχοιτο χρέος καὶ δεσμὸν ἀλύξας. v. 361. Θρήϊκηνδε βεβήκει.) Θρήϊκηνδ' ἐβεβήκει. v. 362. Φιλομειδής.) φιλομμειδής. v. 370. Λαοδάμαντα κέλευσεν.) Λαοδάμαντ' ἐκέλευσεν. v. 384. Ἔλοῖμα.) Altera lectio in Cod. Veſpaſ. adſcripta, ἔλυμα. v. 393. Ἕκαστος φᾶρος.) φᾶρος ἕκαστος. v. 394. Ἀολλέες.) ἀολλέα. v. 396. Ἑαυτόν.) ἑ αὐτόν. v. 403. Ὦ ἐπί.) ἔπι. v. 404. Κολεὸν δέ.) κολεοῦ. v. 431. Ἐν μεγάροις.) ἐν μεγάρῳ. v. 444. Ὁππότ' αὖτε.) ὅππότ' ἄν αὐτός. v. 449. Ἀνώγεν.) ἀνώγει. v. 450. Εἰς.) ἐς. v. 451. Γ' ἐθάμιζεν.) γε θάμιζεν. v. 452. Ἐπειδή.) ἐπεὶ δή. v. 464. Θύγατερ.) θυγάτηρ. v. 483. Ἥρωι.) ἥρῳ. v. 491. Περ ἐών.) ϖαρεών. v. 506. Ἀμφ' αὐτόν.) ἀγχ' αὐτοῦ. v. 509. Ἢ ἐάαν.) ἠὲ ἐᾶν. v. 522. Δάκρυα.) δάκρυ. v. 524. Πρόσθεν ϖόλιος.) ϖροπάροιθε ϖόληος. v. 533. Ἠδ' ἐνόησεν.) ἠδὲ νόησεν. v. 538. Οὐ γάρ ϖω.) ϖως. v. 547. Ἐπιψαύει.) ἐπιψαύῃ. v. 567. Εὐεργέα.) ϖερικαλλέα. v. 583. Αὐτῶν.) ἀνδρῶν. v. 584. Ἤ τις ϖου.) ἤ ϖού τις.

In librum nonum.

V. 7. Ἀκκάζονται.) ἀκαάζωνται. v. 13. Στοναχίζω.) στεναχίζω. v. 14. Τοι ἔπειτα.) τι. v. 33. Ἐπειθεν.) ἔπειθεν. v. 51. Ἔνθεα.) ἄνθεα. v. 53. Πάθωμεν.) ϖάθοιμεν. v. 58. Μελενίσσετο.) μελενύσσετο. v. 66. Ὑποδηϊωθέντες.) ὑποδηϊωθέντες. v. 68. Θεσπεσίη.) Θεσπεσίῳ. v. 74. Δύο.) δύω. Ibid. v. 74. Συνεχές.) συννεχές. v. 96. Μετ' ἀνδράσι.) ϖαρ' ἀνδράσι. v. 98. Ἄγων.) ἄγον. v. 110. Πυροί.) ϖυῤῥοί. v. 114. Ἐν σπέσι.) σπέσσι. v. 116. Παρ' ἐκ.) ϖαρέκ. v. 120. Εἰσοιχνεῦσιν.) εἰσιχνεῦσιν. v. 130. Κέ σφιν.) καί σφιν. v. 134. Λήϊον εἴη.) αἰεί. v. 138. Ἐπικέλσαντας.) ἐπικέλσαντες. v. 159. Ἐς δὲ ἑκάστην.) ἐν δὲ ἑκάστῃ. v. 172. Μὲν νῦν.) μὲν οὖν. v. 187. Ὅς ῥά τε.) ὅς ῥα τά. v. 189. Ἤδη.) ᾔδει. v. 196. Μέλανός οἴνοιο.) μενελά. v. 199. Σὺν ϖαισί.) ϖαιδί. v. 209. Ὕδατος.) ὕδατος δ' ἀνά. v. 222. Ναιῶν.) ναῖον. v. 231. Ἐμείναμεν.) ἐθύσαμεν. v. 234. Πολὺ δόρπιον.) ϖοτιδόρπιον, ut & infra v. 249. v. 248. Οἱ ἄγγεσιν.) ἐν ἄγγεσιν. v. 249. Δαινυμένῳ. Hæc ad oram adſcripta ſunt: ἀινυμένῳ, ſcilicet ἐπιθυμοῦντι. Sic in Veſpaſian. Cod. v. 251. Εἴρετο.) ἤρετό θ'. v. 258. Προσέειπον.) ϖροσέειπα. v. 273. Νήπιος εἰς.) ἧς. v. 278. Κελεύει.) κελεύοι. v. 279.

Digitized by Google

Ὄιφ'.) ἔιφ'. v. 283. Νέα.) νῆα. v. 295. Ὀρώοντες.) ὀρόωντες. v. 301. Ἠπαρ.) Altera lectio in Cod. Veſpaſ. adſcripta, ἦτορ. v. 304 Ὀυ γάρ κεν.) ȣ̓ γάρ πω. v. 315. Πολλῇ δὲ ῥοίζῳ.) δ' ἐν ῥοίζῳ. v. 325. Ὄργυιαν.) ὀργυιάν. v. 333. Ἱκάνοι.) ἱκάνει. v. 339. Ἦτοι.) ἦ τι. Ibid. v. 339. Ἐκέλευσεν.) ἐκέλευεν. v. 349. Φέρον.) φέρω. v. 366. Ὄνομ' ἔσθ'.) ὄνομα, Οὔτιν. v. 368. Αὖτις.) αὐτίκ'. v. 381. Ἐνέπνευσε.) ἐνέπνευσεν. v. 396. Δὲ δείσαντες.) Altera lectio in Cod. Veſp. δὲ δδείσαντες. v. 399. Οἳ δ' ἄρα μιν ἀμφίς.) οἳ ῥα. v. 402. Κήδοι.) κήδει. v. 404. Νύκταδ'.) νύκτα δι'. Ib. v. 404. Τίθησθα.) τίθεισθα. v. 405. Σεῦ.) σε. Altera lectio in Cod. Veſpaſ. adſcripta, σέο. v. 406. Κλείνῃ.) κλείνει. Ibid. v. 406. Ἠέ.) ȣ̓δέ. v. 408. Ὀυδὲ βίηφι.) Altera lectio in Cod. Veſpaſian. ἠδέ. v. 409. Ἀγόρευον.) προσηύδων. v. 411. Νȣ̃σόν γ'.) νȣ̃σον δ'. v. 412. Ἀλλά σύ γ' εὔχεο κ. τ. λ. poſt hunc verſum in Cod. Veſpaſ. additum eſt, τȣ̃ γάρ δὴ παῖς ἐσσὶ, πατὴρ δὲ σὸς εὔχεται εἶναι. v. 416. Ψηλαφόων.) ψηλαφάων. v. 418. Λάβοι.) λάβῃ. v. 419. Ὄυτω.) ȣ̔́πω. v. 428. Εὖ δέ.) εὖδε. v. 445. Λαχμῷ.) γράφεται, λάχνῳ. v. 464. Πίονα.) πίονι. v. 489. Κώπῃς.) κώπῃσιν. Ibid. v. 489. Φύγωμεν.) φύγοιμεν. v. 497. Φθεγξαμένȣ τεῦ.) τευ. v. 502. Τισε.) τίς σε. v. 504. Πτολιπόρθιον.) πτολίπορθον. v. 506. Ἠμείβετο.) ἀμείβετο. v. 513. Ἀέι τινα.) αἰεί τινα. v. 529. Εὔχεαι.) εὔχεο. v. 530. Πτολίπορθον.) πτολιπόρθιον. v. 542. Τὴν δὲ πρόσω κ. τ. λ. Hic verſus tanquam ἀθετȣ́μενος, obeliſco notatus eſt in illo exemplari e quo haſce variantes lectiones deſcripſimus. v. 550. Ὀίῳ.) οἴῳ. v. 554. Ἀλλ' ἄρα.) ἀλλ' ὅ γε. Ibid. v. 554. Μερμήριζεν.) μερμήριξεν. v. 561. Ἑτάροις ἐποτρύνων.) ἑτάροισιν ἐποτρύνας.

In librum decimum.

Quod ſolent facere qui Deos rite venerantur, ut aliquid ipſis ex ipſorum muneribus offerant, hoc faciunt & qui veriſſimam Dei imaginem, bonum Principem, præſens in terris numen, colere, & quamdam ei grati animi ac venerationis ſignum exhibere geſtiunt. Sic ego privatus homunico quid tibi, Sereniſſime Dux, offerre poſſem, quod te tuoque celſiſſimo faſtigio dignum foret? Quonam indicio tibi declararem quam alte in meo animo infixa hæreant tuorum beneficiorum memoria tuarumque imago virtutum? Grates perſolvere quomodo valerem magno illi Principi qui me tanta benevolentia proſecutus eſt, ſuarum ædium hoſpitio, ſua menſa dignatus eſt, ſuo alloquio per tantum temporis ſpatium beavit, tantasque Sereniſſimæ ſuæ & matris & coniugis ingenii animique dotes propius venerari mihi conceſſit. Diu igitur meditanti & undique circumſpicienti quanam occaſione arrepta publice profiteri poſſem quot & quanta tuæ me Celſitudini debere glorier, ſe ſe obtulit immenſa iſta tua Bibliotheca, ſeptuaginta millibus voluminum lectiſſimorum referta, Balthaſaris Friderici a Logav, Ioſephi Scaligeri, Grævii, utriusque Heinſii, Wilhelmi Goeſii, Conradi Samuelis Schurzfleiſchii &c. ſpoliis abundans, quam novis quotidie acceſſionibus locupletas, & in qua novum præterea tuæ in me indulgentiæ pignus, meam ϖϱοτομὴν, ſeu imaginem a peritiſſimo Artifice tuoque ſubdito, Klawero, inſculptam Saxo, ſemper exſtare voluiſti. Illa autem Bibliotheca vel iis quæ maximo Codicum Manuſcriptorum numero ſuperbiunt, ideo longe præferenda mihi quidem videtur, quod plurima teneat Exemplaria Græca & Latina non ſolum Aldorum, Iuntarum &c. typis excuſa, ſed etiam, ut olim Sereniſſimo Wilhelmo Erneſto, ipſius Conditori, ſcribebat magnus ille Matthias Geſsnerus,

I

Barthii, Balth. Bebelii, Bersmanni, Bongarſii, Boxhornii, Buchneri, Io. Ben. Carpzovii, Iſ. Caſauboni, Caſelii, Chriſtmanni, Commelini, Cardinalis G. Contareni, Andr. Corvini, Michaëlis Crameri, Cratonis, Chriſtiani Daumii, Franckenſteinii, Goeſii, Franc. Gomari, Graswinckelii, Gruteri, Dan. & Nic. Heinſiorum, Sam. Hundii, Iungermanni, Io. de Laet, Martini Lutheri, Aldi Manutii, Melanchthonis, Melisſi, Meurſii, Stephani le Moyne, Munckeri, Naudæi, Paſtorii, Perizonii, Placcii, Sam. Puffendorfii, Putſchii, Nic. Reusneri, Rhodomanni, Rittershuſii, Pa. Röberi, Rutgerſii, Salmaſii, Ioſ. Scaligeri, Er. Schmidii, Schubarti, Io. Seldeni, Iani Ulitii, Ad. Vorſtii, Ger. Voſſii, Fulv. Urſini, Vulcanii, Hier. Wolfii, Xylandri, &c. &c. manibus notata, quorumque oræ ſummi illi viri Varias Lectiones ex egregiis Italiæ & Galliæ Codicibus deſcriptas, multas coniecturas & emendationes ineditas, omnibus membranis pretioſiores, infinitasque Animadverſiones lectu digniſſimas alleverunt; ne quid dicam de ineditis eidemque Gesnero memoratis Epiſtolis Chriſtoph. Arnoldi, Io. Henr. Bergeri, Andr. Beyeri, Iac. Burchardi, S. B. Carpzovii, Chriſtoph. Cellarii, Io. Iac. Crameri, Math. Weyſſ. la Croze, Er. Sal. Cypriani, Chriſt. Daumii, Io. Andr. Danzii, Car. Drelincurtii, Ioa. Felleri, Ge. Franci, Gottlob Frid. Gersdorfii, Io. Ge. & Theodori Georgii Græviorum, patris & filii, Mart. Hanckii, Frider. Hildebrandi, H. Huyſſenii, Io. Conr. Knauthii, Cor. Diet. Kochii, Io. Davidis Kœleri, I. A. Kulpiſii, Iobi & Henr. Wilh. Ludolforum, Io. Pe. Ludewigii, Anton. Magliabecchii, Io. Frid. Mayeri, H. Meibomii, O. Menckenii, Dan. Neſſelii, Io. Ge. Neumanni, Chriſt. Fr. Paulini, A. Rechenbergii, C. Sagittarii, I. A. Schmidii, Ge. Schubarti, Iac. Phil. Speneri, Sa. Stryckii, W. E. Tenzelii, Gotf. Thomaſii, Caroli Chriſti. Lud. & Henr. Ge. Comitum Waldeccæ, C. W. Wedelii, I. B. Wernheri, H. F. de Werthern &c. quarum ſylloge novum Burmannum exſpectat.

Quædam ex illis theſauris, id eſt, ex Animadverſionibus ineditis in optimos Scriptores Græcos hodie depromere, tibique ſacrare volui, ut ex hoc ſpecimine æſtimentur tuæ Bibliothecæ opes inexhauſtæ, ſicque præmoniti antiquorum Auctorum Editores futuri ad nullum opus recenſendum ſeſe accingant quin prius ab eruditis tuæ Librariæ ſupellectilis cuſtodibus reſciverint, num in ea quædam doctiſſimorum Criticorum obſervationes, librorum quos poſſidebant, margini adſcriptæ deliteſcant. Harum enim divitiarum uſum omnibus benigne concedis, Sereniſſime Dux, qui litteras non oſtentationis cauſa, ſed vere & ex animo amas, quod eas ac præſertim Germanicas, Anglicas, Italicas & Gallicas calles, ab optimis Magiſtris, inter quos nominare ſufficiat pie defunctum Seid-

Digitized by Google

lerum & ſummum illum Wielandum, a teneris unguiculis informatus, quod Hiſtoriæ Politicæ & Naturalis, Anatomicæ, elegantiorum Artium, Muſicæ, Picturæ ac Sculpturæ, quarum utilisſimam Vinariæ Academiam inſtituiſti, a primariis tuæ Aulæ matronis & virginibus frequentatam, imo tua tuæque Sereniſſimæ coniugis præſentia interdum recreatam, & præmiis a te diſtributis accenſam, non ſolum fautor, ſed etiam peritisſimus & æquisſimus æſtimator, nullis ſumptibus aut laboribus parcens, immenſam & librorum & imaginum ab egregiis Artificibus delineatarum, & æri inciſarum, congeriem undique colligis, in tua Gymnaſia, Vinarienſe, cui olim præfuerunt Chriſtophorus Cellarius & Matthias Gesnerus, in Buttſtadienſe atque Iſenacenſe &c. denique in tuam Ienenſem Academiam quam ſæpisſime inviſis & paterna cura foves, doctisſimos Profeſſores anxie conquiſitos maximis ſtipendiis propoſitis evocas, in hac artis obſtetriciæ cathedram tuis ſumptibus erexiſti, huius Bibliothecam iam opulentisſimam, & ex multis, ut Danziana, Boſiana, Buderiana &c. conſtantem, nuper ingenti Büttnerianæ acceſsione, & Hiſtoriæ Naturalis Muſeum quod in tuis Ienenſibus Ædibus collocaſti, novis quotidie muneribus ac rarisſimis Siciliæ Neapolitanique Regni & totius Italiæ fœtibus, atque iis piſcibus quibus in lapides converſis Bolca prope Veronam ſuperbit, ornas & amplificas, denique plura in litteras litteratosque viros quotidie profundis quam vix animo concipi poteſt. Hinc, Serenisſime Dux, clarisſima totius Germaniæ lumina, nec ſolum egregii Philoſophi, Poetæ, Oratores, Concionatores, & Religionis Miniſtri, ſed etiam viri in omni doctrinarum genere, in Medicina, Chirurgia, Chemia, Hiſtoria Naturali & Eccleſiaſtica, in Theologia Symbolica & Exegetica, in arte diplomatica & numismatica, in Orientalium & omnium recentium linguarum cognitione, in Matheſi, in Iurisprudentia, in Oeconomia præſtantisſimi, inter quos eminent tui cubicularii Franciſcus & Sigismundus Seckendorff, tuæ Serenisſimæ Matris Cubicularius Einſiedel, tui Celſisſimi fratris ſtudiorum olim præſes & vitæ Magiſter Knebel, tui ſtatus Adminiſtri Fritſch, Schnauſs, Göthe, Lynker, Koppenfels, & Schmidt Cancellarius, Bertuch qui eſt tibi a ſecretis, Albrecht, Bode, Bucholz, Eckardt, Engelhardt, Heerman, tui nummophylacii, Spilcker & Schmidt tuæ Bibliothecæ Cuſtodes, Heinze tui Gymnaſii Rector, Herder, ſummus ſacrorum Antiſtes, Iagemann tuæ Serenisſimæ Matris Bibliothecæ Cuſtos, Hufeland, Muſæus, Schneider, Schrœter, Weber, Wieland, Zinzerling &c. ut alios bene multos omittam ex Aulicis & ſubditis tuis, qui literas ita colunt & callent, ut tamen eorum modeſtia publicis laudibus violari neget, in tuam urbem confluxerunt. Hos enim non ſolum tuarum opum, ſed quo ſtimulo

Digitized by Google

numeris abſoluta ipſius coniuge viderit, is ſubito animi erecti & probi magnitudinem & generis nobilitatem in eorum facie deprehendet, Academiæ Ienenſis vicinitate qua doctior & iucundior nulla Muſarum ſedes, quæ poſthabitis Hippocrene & Aganippe, turbidis nunc & corruptis fontibus quos mox inviſam proximo vere græciam petiturus, multo lætiores & dulciores Saalæ ripas & vicina Tempe incolere, ſummorumque virorum Griesbachii, Schützii, Eichornii, Döderleinii, Mulleri, Gruneri, Wiedeburgii, &c. doctas prælectiones dictare amant, quid mirum, inquam, ſi tot tantisque illecebris allecti, ſed multo magis tui conſpiciendi tuisque ſapientisſimis legibus parendi ardore concitati, Felix illud & Apollini charum Caroli Auguſti domicilium, Vinariam præ cæteris eligunt, in qua ſuarum fortunarum ſedem ſtabiliant & tanquam in portu conquieſcant. Nihil enim iucundius quam quod optabat Plato, nec ſperare audebat, coram intueri Principem vere philoſophantem, qui ſecum virtutem, iuſtitiam, morum innocentiam, integerrimam probitatem regnare facit, qui veluti paſtor populorum, ut ait Homerus, ſubditorum ſuorum commodis unice invigilat, qui ab iis veluti paterfamilias diligitur, veluti numen tutelare adoratur, qui ſemper egentibus beneficam porrigit manum, viduas, parentibus orbatos ſuis ipſe ſumptibus alit, quam laudem cum Sereniſsima ſua munificentisſimaque coniuge & matre dividit, qui ne infimos quidem a ſuo conſpectu arcet, promptasque ſemper eorum precibus aures adcommodat, quas adulatoribus clauſas tenet, omnium libellos ſupplices ipſe recipit, attentisſime legit, lites componit, quem vidi vix incœpto prandio ſubito menſa exilire ieiunum, citato equo vectum advolare, cum hyems ſæviret, glacie & nivibus horrerent viæ, ut incendium in urbe quatuor leucis diſtante exortum ipſe reſtingueret, qui ſemper idem ſibique conſtans placidam ac ſerenam frontem omnibus explicat, qui firmus & propoſiti tenax nunquam ſe a recto tramite deduci patitur, qui luxum δυμηβόρον & inanis pompæ ambitioſa ornamenta, quæ, ut ludi furorem, vigiliarum inſaniam, & vel minimam aſſentationis ſpeciem a ſua aula removit, pedibus proculcat, ſolus firmisſimo ſubditorum ſuorum amoris ſatellitio ſtipatus per vias incedit, aulicos ſuos inviſit, cuius otii non minus quam negotii ratio exſtat, cum quod ei tempus vacuum relinquit ſtatus adminiſtratio, illud vel veterum libris legendis, vel eruditis audiendis impendat, vel corpori laborum quorum patientisſimus eſt, ſubigendo & indurando, cuiusque tota fere vita militia dicenda eſt, cum maxima æſtatis parte ſub pellibus & tentorio dormiat, qui tenerrimi in Sereniſsimam coniugem & matrem amoris & pietatis exemplum proponit, quod ſedulo ſequitur Vinaria in virtu-

Digitized by Google

tem flecti cerea, quæ antiquam antiquorum Germanorum vitæ innocentiam & ſanctam pudicitiam, ut Tacitus vocat, retinet, & in qua nemo vitia ridet, nec corrumpere & corrumpi ſeculum vocatur, ſed plus boni mores valent quam alibi bonæ leges. De Vinaria loqui putes Tacitum hæc ſcribentem: „ Sera iuvenum Venus, eoque inexhauſta pubertas, nec virgines feſtinantur „ .... quanto plus propinquorum, quo major affinium numerus, tanto „ gratioſior ſenectus, nec ulla orbitatis pretia. "

Tu autem, Sereniſsime Dux, tantorum auctor bonorum, diu ſalvus & incolumis tuorum ſubditorum amore & totius Germaniæ admiratione fruaris, mihique favere pergas, & hos verſus accipere digneris quos in tua aula degenti veritatis vis mihi expreſsit:

Pour le buſte de S. A. S. Monſeigneur le Duc Regnant de Saxe - Weimar:

Hic dulcem Lodoica virum, Vinaria patrem,
Hic virtus columen, Reges exemplar, amicum
Pierides, propriam Deus ipſe agnoſcere gaudet
Effigiem: Auguſtum quisquis conſpexit, amavit.

Pour celui de S. A. S. Madame la Ducheſſe Regnante:

Vt monſtrare alii, ſic illa abſcondere tantas
    Virtutes, dotes, vellet & ingenium:
Sed ſublimem animum prodit bene perfida pulchro
    Neſcia Majeſtas corpore & ore tegi.

Pour celui de S. A. S. Madame la Ducheſſe douairiere de Saxe-Weimar, née Princeſſe de Brunswich:

Tinctas ingenio ſcintillantesque benigna
Luce vides oculos? talem Mavortius ardens
In Gremio Veneris, talem, pœana canentes,
Brunsviaci Heroes vibrant poſt prælia flammam.

Pour celui de S. A. Monſeigneur le Prince Conſtantin, Frere de S. A. S. Monſeigneur le Duc Regnant:

Mens bona conſpicitur formoſi corporis hoſpes
    Gratior & grato Principis ore nitet.

Digitized by Google

Pour celui de S. A. S. Monſeigneur le Duc Regnant de Saxe-Meinungen, qui cultive la peinture avec beaucoup de ſuccès:

Principis egregii potuiſſem reddere vultum,
Si nobis huius dextera docta foret.

Pour celui de Mr. Herder Surintendant de l'Egliſe & Prédicateur de la Cour:

Grandiloquos reddit vultu & ſermone prophetas
Herderus, atque alto fervidus ore ruit.
Nil mortale ſonat, nec iam mortalis imago
Cernis ut ardenti numine plena micat.

Pour celui de M. Göthe Conſeiller privé de S. A. S.

Auguſto & Muſis charus, tractavit amores
Lethiferos iuvenum, fortia facta ducum,
Atque pari ingenio commiſſa negotia, doctæ
Maecenas Aulæ Virgiliusque ſimul.

Pour celui de Mr. Wieland, Conſeiller Aulique de S. A. S.

Iupiter in terris dixiſſet voce Platonis,
Voce Wielandi diceret ipſe Plato,
Mœoniusque ſenex, Arioſtus, & ille ſepultis
Qui falſas voces ingeniumque dedit.

Pour celui de Mr. de Knebel, Ancien Gouverneur de S. A. S. Monſeigneur le Prince Conſtantin:

Knebelis ora vides: Mentem ſi reddere poſſet
Sculptor & ingenium, nunquam diſcedere poſſes.

Pour celui de Mademoiſelle Gœchhauſſen, Dame d'honneur de S. A. S. Madame la Ducheſſe douairiere:

Maxima laus olli Muſas habuiſſe faventes,
Maior at Ameliæ ſummum meruiſſe favorem.

Pour celui du plus jeune des Enfants de Madame Stein, Epouſe de M. le grand Ecuyer de la Cour de Saxe-Weimar :

Matrem cum puero voluiſſem pingere: Amori
Tunc primum in terris iuncta Minerva foret.

Pour celui de M. l'Abbé Raynal que S. A. S. a fait faire :

Quas Ligur invenit, perfudit lumine terras
Et notas Galli reddidit æmula mens.

Pour mon buſte & mon Portrait que leurs AA. SS. Madame la Ducheſſe mere & Monſeigneur le Duc Regnant ont daigné faire faire :

O nimium felix, oculo ſi viſa benigno,
Quo iam pectus adeſt, i, ſequere, effigies.

Vers que M. Jean Baptiſte Carvelle, excellent peintre François, a mis au bas d'une tête qu'il a eu l'honneur d'offrir à S. A. S. Madame la Ducheſſe Douairiere :

Parva, quod invideo, ſine me, eheu? Stabis imago,
Hic ubi vita mihi, mors quoque grata foret.

Vinariæ, in Aedibus Sereniſſimi Ducis Regnantis, die 15. Februar. ann. 1783.

Digitized by Google

In opulentiſſima Bibliotheca Ducali N°. XVI, 5. aſſervantur *Hipparchi Bithyni in Arati & Eudoxi Phænomena libri III, eiusdem liber Aſterismorum, Achillis Statii in Arati Phænomena, Arati vita, & Fragmenta aliorum veterum in eius Poëma, Florentiæ in Officina Iuntarum*, Bernardi Filiorum MDLXVII. fol. a Petro Victorio edita, & dicata *Coſmo Medici, Duci Florentinorum ac Senenſium.* In Epiſtola nuncupatoria Victorius tradit illum principem *ſupellectilem illam egregiam antiquiſſimorum librorum, relictam ſibi a maioribus ſuis, diligenter ſervare, & ſemper aliquos ſtudioſe conquiſitos & magnis ſumptibus paratos, ipſis addere, multosque & omnium lectiſſimos illi a civibus ſuis, cupiditatis huius rectiſſimæ explendæ deſiderio flagrantibus, paſſim dari, eumque præterea in animo habuiſſe addit optimas quoque illorum librorum, qui adhuc pervulgati non eſſent, excudendos curare.* „Unde ſic illum alloquitur: Perge igitur ſupplere Bibliothecam tuam, valde celebrem ac copioſam: Nec minorem diligentiam adhibe, in cura iſta tractanda, qua communicetur tam pulcher honeſtusque theſaurus cum omnibus nationibus: Hæc enim magis grata erit & magis fructuoſa Bibliotheca, quæ nullis parietibus claudetur, ac brevi per omnes terras, non omnino incultas, diſſeminabitur, & ab omnibus caſibus periculorum vacua ſemper erit. Cum vero aliis etiam rebus principes viri non magno negotio valeant multum prodeſſe hominibus, quin hæc in primis vera ratio certaque ſit, dubitari non poteſt, qua ſcientiæ bonarum artium augentur, & antiqui ipſarum ſcriptores ab interitu vindicantur. Eos autem qui ſedulo hoc faciunt, ſibi aditum ad immortalitatem aperire & quaſi humanam naturam exuere, exploratum eſt.“ Quæ quidem veriſſima Petri Victorii verba, quamvis longiuſcula hic repræſentavimus, ſi forte illos excitare poſſemus, qui in hac tanta noſtri ſæculi luce ac proinde humanitate, βιβλιοτάφους non βιβλιοθήκας poſſident, Muſis & Apolline irato nati, quique, veluti draco iſte cuſtodiens theſauros abditos apud Phœdrum, nec ſumunt ſibi, nec ulli donant quidquam, ut tandem ſequantur nobile Medicæorum & Sereniſſimi Caroli Auguſti, literatiſſimorum principum exemplum, vel ſaltem illiterati, ſed literarum amantis, Henrici Magni, qui Caſaubono dicebat, *qu'il vouloit qu'il fut en ſa librairie, qu'il verroit ſes beaux livres, & lui diroit ce qui etoit dedans où il n'entendait rien.* Sed e diverticulo in viam. Hoc Exemplar fuit *Danielis Heinſii ex legato illuſtris & ſummi viri Ioſephi Scaligeri*, qui paſſim illud ſua manu notavit & emendavit, ac Wilelmi Goes, quod legitur in prima pagina, quæ titulum præfert. Poſtea hic liber, auctionis iure, pervenit ad Schurzfleiſchium, qui hæc annotavit in prima pagina titulum præcedente; „A°. 1688. Grævius filio in Germaniam profecto negotium dedit viſendi Bibliothecas Germanicas, monuitque adiret poſſeſſorem huius libri Schurzfleiſchium, quando conſideraret eum huius inſpiciendi & evolvendi copiam facturum. Quod honori illius datum eſt, mirantis tot varios elegantesque libros e Belgio, Belgis non retinentibus, evectos: Sed hanc invidiam, fortuna adiuvan-

„te, ſuperatam merito iuſtus poſſeſſor, „ad quem titulo emptionis pervenerit, „ſibi gratulatur. Per id tempus dixit „Grævius iunior, in tota quam videre „potuiſſet Germania, tot tamque va„rios libros Græcos ſe non vidiſſe quot „vidiſſet apud Schurzfleiſchium: Ham„burgi, Berolini, Lipſiæ tales non re„periſſe affirmavit. “

Quid autem dixiſſet de hodierna Vinarienſi Bibliotheca, cuius duntaxat pars eſt Schurzfleiſchiana, quæque ſeptuaginta millibus voluminum conſtans, novis quotidie acceſſionibus iisque pretioſiſſimis, a Sereniſſimo Carolo Auguſto, doctisſimo & indefeſſo Ptolemæorum & Attalorum æmulo, mirum in modum augetur. Sic autem pergit Schurzfleiſchius: „Scaliger totam quam „habuit Bibliothecam, donare voluit „Danieli Heinſio; ſed huius modeſtia „obſtitit, qui legato contentus eſſe ma„luit quam privare alios legatis. Vide „Epiſt. 453. L. IV. p. 764. Vide & „L. II. Epiſt. 134. p. 312. Idem Nico„lai Heinſii Conſilium fuiſſe tradunt, „relicturo Bibliothecam Grævio, ſi diu„tius vixiſſet, ut quidam Batavi affir„marunt, cum apud eos eſſem. Fuit „cum eo familiariter VI. annos, & mul„ta ab eo doctrinæ ſubſidia accepit; „ſed theſaurus ille Bibliothecæ poſtea „divenditus, ex quo multos licitatus „& adeptus ſum, impendio non par„vo. “ Schurzfleiſchius autem cum inculcat, *ſe invidiam ſuperaſſe iuſtum poſſeſſorem, ad quem titulo emptionis pervenerit illa libraria ſuppellex*, voluiſſe amoliri videtur *neſcio quas ſuſpiciones, in quas multi inciderunt, cum comminiſci non poſſent nimirum unde tantæ privato & hæreditatem nullam nactiorem nacto copiæ*, inquit Matthias Gesnerus p. 12 & 13 Orationis, in qua Wilhelmo Erneſto Duci Saxoniæ-Vinarienſis de *commiſſa fidei ſuæ Bibliotheca Ducali, præſertim qua fuit Schurzfleiſchiana gratias agit*, Vinariæ 1723. in 4°. qui ibidem p. 12 tradit noſtrum Schurzfleiſchium in Belgio, quod totum, uti cæterarum rerum, ita doctæ etiam ſupellectilis, mercatum haud iniuria dixeris, cuiusque aliquoties viſendi Georgius Fridericus Waldecciæ Princeps, auctor ipſi fuerat, neceſſitudinem cum viris doctiſſimis & bibliopolis locupletiſſime inſtructis habuiſſe.

Ioſephus Scaligerus in pagina titulum operis præcedente, Hipparchi candorem notandum monet, qui p. 1. Ed. Florent. cauſam exponens, qua inductus Arati errores indicaverit & confutaverit, ſic loquitur: Τοῦτο δὲ ποιῆσαι προεθέμην οὐκ ἐκ τοῦ τοὺς ἄλλους ἐλέγχειν φαντασίαν ἀπενέγκασθαι προαιρούμενος (κενὸν γὰρ καὶ μικρόψυχον παντελῶς) τοὐναντίον δὲ δεῖν οἴομαι πᾶσιν ἡμᾶς εὐχαριστεῖν, ὅσοι τῆς κοινῆς ἕνεκεν ὠφελείας ἰδίᾳ (Petavius coniicit ἰδίᾳ) πονεῖν ἀναδεχόμενοι τυγχάνουσιν, ἀλλ' ἕνεκα τοῦ μήτε σὲ, μήτε τοὺς λοιποὺς τῶν φιλομαθούντων ἀποπλανᾶσθαι κ.τ.λ. Quæ ſapientiſſima Hipparchi verba eiusdem Editor Petavius ſemper ante oculos habere debuiſſet, ſummus quidem vir & ſtupendæ eruditionis, ſed Ioſepho Scaligero & Salmaſio &c. iniquior, quique contentionis magis quam veritatis ſtudio, & æmulatione incitatus, neve homini reformato gloriam inſtauratæ Chronologiæ relinqueret, ut vere obſervat Henricus Leonardus Schurzfleiſchius in Elogio Ioſ. Scaligeri, p. 16. Actor. litterarior. Vitemberg. 1714. Scaligeri, cuius gigantis humeris elatus interdum longius proſpexit, Chronologiam confutare aggreſſus eſt.

Ibidem Ioſephus Scaligerus profert hæc Aurelii Victoris *de Cæſaribus* c. 41: „Remotæ olei frumentique adventitiæ „præbitiones, quibus Tripolis ac Ni„cæa acerbius angebantur. Quas res

„ſuperiores, Severi imperio gratantes, „civi obtulerant, verteratque gratiam „muneris in perniciem poſterorum diſ- „ſimulatio. Alteros Marcus Boionius „afflixerat mulcta, quod Hipparchum „præſtanti ingenio indigenam fuiſſe „ignoraviſſent. Statim infra ſubiicit Scaligerus: „ Alius Hipparchus Nicæus. Aelianus περὶ ζώων ζθ'. Καὶ ἵππαρχος ἐπὶ Νέρωνος τοῦ τυράννου· καθήμενος ἐν θεάτρῳ, καὶ φορῶν διφθέραν, ὅτι τὸν μέλλοντα χειμῶνα ἐκ τῆς παρούσης αἰθρίας προηγόρευσε, ἐξέπληξε. Καὶ ἐθαύμασε Νέρων αὐτὸν „ καὶ Νικαεῦσι τοῖς Βιθυνοῖς συνήδετο, ὅτι ἱππάρχου πολίτου ἔτυχον.

Nunc autem eas proferemus emendationes quas Ioſephus Scaligerus in margine huiusce Exemplaris ex Editione Florentina adſcripſerat, easque conferemus cum eiusdem Auctoris Editione quam Petavius inſeruit p. 171. & ſeqq. ſeu operis quod inſcripſit *Ouranologion*. Hic autem in præfatione monet a ſe Hipparchum multis in locis emendatum fuiſſe, non ex coniectura tantum, quæ, inquit, ubi opus fuit, ad marginem adſcripta eſt, ſed etiam ex antiquo Bibliothecæ Regiæ libro, quo præeunte, quidquid ſecus atque in Florentina Editione, in ſua legitur, conformatum eſſe docet.

P. 1. Ed. Flor. & 171. Petav. τῶν ἀξιολογωτάτων ἀδελφῶν ἡμῶν. Scalig. emendat ὑμῶν. p. 2. Ed. Flor. ἡ μαθηματικὴν κρίσιν ἐπαγγελλομένων ἐν τοῖς οὐρανίοις προσφέρεσθαι μὲν διαμαρτανόντων ἐν αὐτοῖς. Scaliger. ἢ μαθηματικὴν κρίσιν τῶνδε ἐπαγγελλομένων μὲν ἐν τοῖς οὐρανίοις προφέρεσθαι, διαμαρτανόντων δὲ ἐν αὐτοῖς. Petavius qui & ipſe ἢ pro ἡ coniicit, in cæteris hic Flor. Edit. ſecutus, edidit, καὶ διαμαρτανόντων τῶν ἐν αὐτοῖς. p 3. Ed. Flor. & 174. Petav. ἀστήρ ἐστιν· λαμπρότερος δέ. Scaliger. ἀστήρ ἐστι λαμπρὸς, λαμπρότερος δέ. p. 5. Flor. & 177. Petav. καὶ τὸ κλίμα τοῦ κόσμου τῷ Εὐδόξῳ. Scaliger. ταὐτὸ κλίμα. Sic Petav. adiutus Codice Regio in quo τούτῳ τῷ Εὐδόξῳ, coniicit τὸ αὐτό. p. 5. Flor. & 178. Petav. πρὸς τὴν ἡμερινὴν σκιάν. Scaliger. coniecit ἰσημερινὴν, quod Petav. in textum recepit e Cod. Reg. p. 6. Flor. & 179. Petav. πρὸς τὴν ὁρίζοντα. Scalig. πρὸς τόν. Ibid. κἂν τύχῃ συμφώνως λεγόμενα. Scalig. οὐ συμφώνως, Ib. p. 180. Ed. Pet. κατὰ τὸ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς. Scal. κατ' αὐτὸν, Petav. κατ' αὐτοὺς corrigunt. Ibid. ad hæc ἔγγιστα κεῖνται τῇ οὐρᾷ τοῦ δράκοντος, Scalig. adſcripſit: σφάλμα μνημονικὸν ἱππάρχου· οὐ γάρ οἱ τῆς ἡγουμένης πλευρᾶς τοῦ πλινθίου ἐπὶ τῆς μικρᾶς ἄρκτου παραλλήλως κεῖνται τῇ οὐρᾷ τοῦ δράκοντος, ἀλλὰ οἱ ἐν τῇ μεγάλῃ ἄρκτῳ. Legendum περὶ τὴν κεφαλὴν τῆς μεγάλης ἄρκτου, ut p. 9. Sed non videtur: nam Aratus dixit, σπείρῃ δ' ἐν κυνόσουρα κάρη ἔχει. Paulo infra idem Scal. οὐ γὰρ ὁ δεξιὸς κρόταφος τοῦ ὄφεως, ἀλλὰ ὁ ἀριστερὸς ἐπ' εὐθείας ἐστὶ, ubi τοῦ ὄφεως deeſt in utraque Edit. Sic infra p. 7. Ed. Flor. legit τῇ ἄκρᾳ οὐρᾷ τῆς μεγάλης ἄρκτου, ubi οὐρᾷ ab utraque aberat p. 7. Flor. & 181. Petav. pro κείνη πὰρ κεφαλῇ τῇ νείσσεται, Scal. coniicit κείνη γὰρ κεφαλῇ, & Petav. κείνη που κεφαλὴ τῇ νήχεται. p. 8. Ed. Flor. & 183. Petav. τὸ δὲ μηδὲν ἀγαυάς. Scal. τῷ δέ. p. 10. Ed. Flor. at 187. Petav. ἀῤῥενικῶς πρότερον καλεῖ. Scal. delendum cenſet ἀῤῥενικῶς, & legendum πρότερα. Ibid. τὰ περὶ τὰ περὶ τοὺς ἰχθύας. Scal. delet illud prius τὰ περὶ, quod a bono Petavio hic dormitante in Edit. Pariſ. retentum ibid. καὶ φησὶν, οἳ καὶ προηγοῦνται αὐτοῦ. Scal. poſt καὶ φησὶν, recte reſtituit, οἱ δ' ἄρ ἔτι προτέρω, ἔτι δ' ἐν προβλῆσι νότοιο Ἰχθύες, qui verſus exciderat. Idem προτέρῳ in hoc eodem

verſu infra explicat, *verſus occidentem.* p. 12. Ed. Flor. at 189. Petav. δυναμένους δὲ καὶ ἐν σελήνῃ. Scal. οὐ δυναμένους δέ. Ibid. καὶ ἀϖεκδέχεσθαί μοι δοκεῖ. Scal. κακῶς ἀϖεκδέχεσθαι. Ibid. ὁ δὲ Ἄτταλος φησὶ μηδὲ ἐνδέχεσθαι. Scal. μὴ δεῖν δέχεσθαι. Ibid. p. 190. Ed. Pet. ad hæc τὸ δὲ ϖερὶ τοῦ κηφέως ὁμολογουμένως κ. τ. λ. Scal. adſcripſit, Hipparchi φιλελεχία, calami ſcilicet aberrantis vitio, pro φιλελεγχία. p. 13. Ed. Flor. at 191. Pet. τῆς τοῦ τοξότου ἀνατολῆς. Scal. ἐκ τῆς τοῦ. Ibid. p. 192. Ed. Pet. ἔστι ταὐτὸν, Ὕψι μάλα τροχάει. Scal. ταὐτὸν τῷ. p. 14. Flor. & 192. Pet. τὸ κολλόροβον ἔχει. Primo Scal. adſcripſerat ὃ ἔχει, quod e Cod. Reg. reſtituit Petavius; ſed deinde aſpero ſcilicet vocalium concurſu offenſus, repoſuit ὅϖερ ἔχει. τοῦ ταύρου. συγκαταδύνειν. Scal. συγκαταδῦνον. Ibid. λέγει δύνασθαι. Petav. annotans hæc eſſe corrupta, vitium ſenſit quod ſic emendavit Scal. λήγει δὲ δύνειν. Idem Petav. infra p. 419. nota legit, λήγει δὲ ἀνατελλούσης τῆς. Ibid. pro ἀϖοδεξάμενος uterque eodem præcedenti loco collato, reſtituit ἀϖεκδεξάμενος. P. 193. Ed. Pet. τῶν σωμάτων ἀναστερίστων ὄντων. Scal. τῶν λοιϖῶν τοῦ σώματος. Ib. τὸ καθ' ἑαυτὸ ἔγκλιμα. Scal. κατ' αὐτόν. Ibid. ἐκ τῆς ἀϖοτομῆς τοῦ ϖλοίου. Scal. ἐϖὶ τῆς. p. 15. Ed. Flor. & 194. Pet. μεταξὺ δὲ τοῦ τῆς Ἀργοῦς ϖηδαλίου. Scal. τοῦ Ποταμοῦ καὶ τοῦ τῆς. p. 16. Ed. Flor. & 196. Pet. ἐν δὲ τούτοις δοκεῖ μοι ἀγνοεῖν. Scal. adſcripſit: „Hipparchus hic non aſſequitur mentem Arati; non enim de „diſtantia earum ſtellarum ab Arctico „loquitur, ſed ait diutius Arcturum eſſe ſupra terram, quam Aram, quæ „ſtatim ut orta eſt, occidit, utpote „quæ ſit propior interſectioni meridianæ, id eſt, τῷ σημείῳ ἀνταρκτικωτάτῳ." Ib. οὐκ ἐϖὶ τούτου τοῦ ϖαραλλήλου. Scal. τοῦ αὐτοῦ. p. 197. Ed. Pet. εἱλύει ἀχλύς. Scal. εἱλύοι. p. 17. Ed. Flor. & 198. Pet. ἀκολούθους δὲ τούτοις. Scal. e conjectura & Petav. e Cod. Reg. ἀκολούθως, ut infra ibid. ἀντία δινωτοῖο θυτηρίου, pro δὴ νώτοιο, quod in Flor. p. 18. Ed. Flor. & 200. Pet. δυωδεκάδες κύκλοιο, pro δυωδεκάδος, quod in Flor. & paulo infra, νὺξ αἰεὶ τετάνυσται, pro τετάνυται, quod in Flor. ex ingenio Scal. e Cod. Reg Petav. reſtituerunt. p 20. Ed. Flor. & 202. Pet. ὁ μὲν νοτιώτερός ἐστι τοῦ τροϖικοῦ. Scal. ὁ μὲν νοτιώτερος αὐτῶν, νοτιώτερός ἐστι, & infra βορειότερος, pro βορειώτερος quod in Flor. & τὰ ϖερὶ τὸν κάρκινον καὶ τὸν λέοντα, pro τοῦ καρκίνου καὶ τοῦ λέοντος, quod in utraque. p 21. Ed. Flor. 204. Petav. ἐϖὶ τὴν οὐράν. Scal. καὶ τὴν οὐράν. p. 22. Ed. Flor. 205. Petav. διήκει δ' οὐ ϖαραϖέμϖει. Scal. ὃ δὴ ϖαραϖέμϖει, & parentheſi includit illa ab ὃ δὴ, usque ad διὰ τὸ ϖαρηκολουθηκέναι σε. p. 23. Ed. Flor. & 208. Pet. φησὶ κεῖσθαι ὁ μὲν τὴν ἀριστερὰν χεῖρα. Scal. κεῖσθαι ἅ μὲν, id eſt, ϖρῶτον.

Hipparchi liber II.

P. 24. Ed. Flor. at 209. Petav. καὶ ἐν οἷς διασαφοῦντες. Scal. διαφωνοῦντες. Ibid. Ἠέλιος, τὰς δ' ἄγκε. Scal. ἄν κε. Petav. edidit ἄν κε. p. 211. Ed. Petav. τοῦτο γὰρ ἐγίνετο εἰ ἐν ἴσῳ χρόνῳ Scal. ex ingenio & Petav. e Cod. Reg. dederunt. In Flor. abeſt τὸ εἰ p. 25. Ed. Flor. & 211. Pet. συλλογισμὸς αὐτῶν. Petav. συλλογισμὸν αὐτῶν ϖοιούμενος. p. 26. Ed. Flor. 212 Petav. καρκίνον εἰσανιόντα. Scal. & Petav. εἰς ἀνιόντα. p. 213. Pet. ἀϖὸ τῆς κεφαλῆς ϖρώτης σϖείρας. Scal. ἀϖὸ τῆς κεφαλῆς καὶ ϖρώτης σϖείρας. Petav. e Cod. Reg. ἀϖὸ τῆς κεφαλῆς ἕως τῆς ϖρώτης σϖείρας. Ib. p. 213. Ed. Pet. at 27. Flor. διλοῖ οὐκ ἄλλο τι. Scal. οὐκ ἄλλοτε. p. 214. Ed. Petav. τὸν δὲ ϖρὸς νότον Ὠρίωνα. Scal. τῶν δὲ ϖρὸς νότον. Ibid. κατὰ

μέσον ἐστὶ τοῦ τῶν διδύμων. Scal. τοῦ καρκίνου. p. 28. Ed. Flor. ἀτὰρ χειρὸς καλάγουσι. Scal. ἄτερ, quod e Cod. Reg. recepit Petav. p. 215. p. 29. Ed. Flor. & 217. Petav. ὁ Σκορπίος πρὸς τῇ δύσει ὑπάρχων. Scal. ὑπάρχειν. p. 30. Ed. Flor. ποταμὸς αὐτῷ λέοντι ἄρχεται. Scalig. ex ingenio οὐ τῷ λέοντι, quod e Cod. Reg. reſtituit Petav. p. 220. p. 31. Ed. Flor. & 220. Petav. ἡ δὲ πᾶσα θέει γαίης ἴσον διχόωσα κατ' αὐτὸν Παρθένος ἦμος περαιόθεν ἄρτι γένηται. Scal. hos verſus ſic reſtituit: Ἡ δὲ θέει γαίης ἴσον διχόωσα κατ' αὐτὸν Παρθένος ἦμος περαιόθεν ἄρτι γένηται. Scal. hos verſus ſic reſtituit: Ἡ δὲ θέει γαίης ἴσον διχόωσα κατ' αὐτὸν παρθένος ἦμος ἅπασα κ. τ. λ. p. 32. Ed. Flor. at 221. Petav. ἀντικαταδύνει μέσῃ τῇ ζ'. Scal. συναντικαταδύνει. Ib. & p. 222. Ed. Pet. τῷ Σκορπίου σώματι ταῖς χηλαῖς. Scal. τῷ τε Σκορπίου σώματι καὶ ταῖς χηλαῖς. Paulo infra, κατὰ τὸν Εὔδοξον συνανατέλλειν. Scal. συνανατέλλει. p. 33. Ed. Flor. ἔδει οὖν ἀρχόμενον τὸν σκορπίον. Scal. ἀρχομένου τοῦ Σκορπίου, quod Pet. p. 223. e Cod. Reg. reſtituit. p. 35. Ed. Flor. & 227. Petav. ὅτι ὁ Ἄτταλος καὶ τὰ φαινόμενα. Scal. ὅ, τε Ἄτταλος, καὶ ὁ τὰ Φαινόμενα. Ib. p. 35. Ed. Flor. & 228. Petav. καὶ καμφίστατο. Scal. & Petav. καί κ' ἀμφήριστα πέλοιτο. p. 36. Ed. Flor. at 228. Petav. οὔτε γὰρ τῷ κριῷ ἄρχεται συνανατέλλειν. Scalig. ad oram annotat, ταύρῳ. σφάλμα μνημονικόν. Ibid. οὔτε ἕως τῆς λοφιᾶς. Scal. addit τοῦ κήτεος. Idem ibid. ad hæc ἀναφέρεται σὺν τῷ κριῷ, & οἱ ἐν ἄκρῳ τῷ χελωνίῳ, annotat, ταύρῳ. σφάλμα μνημονικόν. p. 38. Ed. Flor. & 231. Pet. ἐν ὥραις β' καὶ ἡ μέρει legit Scal. & edidit Petav. pro μέρη quod in Flor. p. 38. Ed. Flor. at 232. Petav. ὁ ἀριστερὸς ποῦς τῆς Ἀνδρομέδας. Scal. τοῦ ἀρκτοφύλακος. p. 41. Ed. Flor. & 236. Petav. καὶ τοῦ ταύρου ὁ γ' τῶν μετά. Scal. καὶ τοῦ ὕδρου. p. 42. Ed. Flor. & 237. Pet. τοῦ λέοντος ἢ ὡς ἡμιπήχιον. Scal. ἔλαττον ἢ ὡς.

Lib. III.

P. 43. Ed. Flor. & 229. Pet. τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ τοῦ καρκίνου. Scal. καὶ ὁ τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ τοῦ κριοῦ. p. 44. Ed. Flor. & 240. Petav. ἕως παρθένου α καὶ κ μέσης. Scal. ἕως ἰχθύων. Ibid. ὅ; τε ἐν μέσῳ τῷ τόξῳ. Scal. ὅ, τε τοξότου. Ibid. ἔσχατος δὲ ὁ, τε ἐν τοῖς ὀπισθίοις. Scal. ὅ, τε τοξότου. p. 45. Ed. Flor. at 241. Petav. καὶ τοῦ καρκίνου ὁ ἑπόμενος. Scal. καὶ τοῦ κριοῦ. p. 46. Ed. Flor. at 242. Petav. τοῦ δέ κόρακος δύνοντος. Scal. emendat τοῦ δὲ θηρίου, & addit. λείπει ὁ κόραξ καὶ ὁ κένταυρος. p. 48. Ed. Flor. at 246. Petav. καὶ ὡς πρὸς μεσημβρίαν κείμενος. Scal. καὶ ὅς. Ibid. p. 247. Ed. Petav. ἐν τῷ κενταύρῳ ἀριθμούμενος. Scal. ἐν τῷ κέντρῳ. p. 49. Ed. Flor. at 247. Petav. παρακείμενος τῶν ἐν τῇ δεξιᾷ κνήμῃ. Scal. τοῖς, vel τῷ. Ib. p. 49. Flor. at 248. Petav. καὶ τοῦ ἐν τῷ ἀγκῶνι τῆς δεξιᾶς. Scal. καὶ τοῦ ἀετοῦ ὁ ἐν τῷ ἀγκῶνι. p. 50. Ed. Flor. & 250. Petav. τοῦ τε ὀφιούχου ὁ β'. Scal. τοῦ τε ὄφεως ὀφιούχου. Ib. τῶν ἀμαυροτέρων ἀντιγώνιον. Scal. & Petav. ἀντιγωνίων. p. 52. Ed. Flor. at 252. Petav. κατὰ τὸ ἑξῆς ὥριαῖα. Scal. κατὰ τὰ ἑξῆς. Ibid. ἐπὶ μὲν οὖν τῶν διὰ τῶν τροπικῶν. Scal. ἐπὶ μὲν οὖν τοῦ διά. p. 53. Ed. Flor. ὡς ἔγγιστα τῶν γ' λαμπρῶν. Scal. poſt ἔγγιστα τῶν; addit, ἐν τῇ κεφαλῇ τοῦ αἰγόκερω. Aliter totum hunc locum e Cod. Reg. refinxit Petav. quem vide p. 253. p. 54. Ed. Flor. at 254. Petav. οὐκ ἔτι τῆς κορυφῆς κειμένης. Scal. & Petav. ὁ ἐπὶ τῆς κορυφῆς κείμενος. Uterque Paulo infra ὅ, τε ἡγούμενος conjicit pro ὁ δέ.

In Ἔκθεσιν τοῦ κατὰ τὸ βόρειον ἡμισφαίριον ἀστερισμοῦ p. 55. Edit. Flor. Scaligerus hæc verba præpoſuit. Κλαυδίου Πτολεμαίου οἱ αὐτοί εἰσιν ἀστερισμοί.

Digitized by Google

ὅτι δὲ οὗτοι οἱ ἀστερισμοὶ Ἱππάρχου εἰσὶν, μάρτυς αὐτὸς ὁ Πτολεμαῖος ἐν ἀμορφώτοις τοῦ κριοῦ. ἀλλὰ τὰ πολλὰ διαφωνεῖ· ὁ μὲν γὰρ Πτολεμαῖος οὓς τῶν ἀστέρων ἐπὶ τῶν ὤμων τῆς παρθένου τίθησι, τούτους αὐτὸς ἐπὶ τῶν πλευρῶν, ὡς ἐνταῦθα δείκνυται. De his ſic Petav. in Præfat. Uranolog. „ Aſteriſmos autem, quos ſub Hipparchi nomine eadem Florentina Editio continet, conſulto prætermiſimus: non enim Hipparchi ſunt, ſed Ptolemæi, a cujus Tabula paucis interdum minutis diſcrepant. Itaque ſupervacaneum erat illos recudere. “

P. 55. ὁ μετ' αὐτόν. Scal. λείπει ὁ μετὰ τὸν ἐπ' ἄκρης τῆς οὐρᾶς. Ib. ὁ ἐν τῇ ἑπομένῃ πλευρᾷ. Scalig. λείπει παρὰ Πτολεμαίῳ. p. 61. τῶν ἀπ' ἀνατολῆς. Scaligerus Alph. ἐπ' εὐθείας.

Ἐκ τῶν Ἀχιλλέως πρὸς εἰσαγωγὴν εἰς τὰ Ἀράτου φαινόμενα p. 81. Ed. Flor. & 121. Uranolog.

p. 81. Ed. Flor. & 122. Petav. in quodam Sophoclis fragmento, καὶ τῶνδε καῦθις. Scal. καὶ τῶν δέκ' αὖθις. Ibid. ὃς χιλὶ εὐθύς. Scal. καὶ χίλι'. Ib. σῖτοα σημάντρια nullo ſenſu. Scal. τε ἐοα σημαντήρια. Ib. Ἀστρέα. Scal. Ἀτρέα, ut Petav. p. 82. Ed. Flor. at 123. Petav. ὃς τὸν ἄλλα. Scal. ὃς τά τ' ἄλλα & Paulo infra, καὶ τῆς ἁμάξης ἐλέγετο, pro λέγεται, quod in Flor. & Petav. Ibid. ὥρμησε τὴν ὑπόθεσιν. Scal. ἤρμοσε. Ib. ἔτευξε ἐπ' οὐρανόν. Scal. ἔτευξ', ἐν δ' οὐρανόν. Ibid. ἀλλ' ὑμεῖς πάντες. Scal. ἀλλ' ὑμεῖς τοι. p. 86. Ed. Flor. & 130. Ed. Petav. κατὰ τὸν Ἐμπεδοκλέα, ὃς ἔφη οὕτως.

Σφαῖρος κυκλοτερὴς, μόνη περιηγέϊ χαίρων, ubi Scal. legit δίνῃ pro μόνῃ. Addo hunc verſum infra ab eodem Achille p. 116. Ed. Flor. & 189. Ed. Petav. ſic laudari & immerito tribui Heſiodo: Καθὸ καὶ ὁ Ἀσκραῖος φησί· Σφαίρας κυκλοτερεῖ μανίᾳ περιηγέϊ χαίρων.

Ubi & Scaliger legit, Ἀκραγαντῖνος, pro Ἀσκραῖος, & σφαίρου, pro σφαίρας, & Petav. μονίῃ, pro μανίᾳ, conjicit. illius loci immemor Scaligerus in ultima hujuſce Exemplaris pagina ſcripſit. p. 116. Σφαίρου κυκλοτερεῖ μανίᾳ περιηγέϊ χαίρων.

„ Citat ex Heſiodo; puto ex Onomacrito. “

p. 88. Ed. Flor. & 134. Petav. uterque conjicit σώματα λέγεται, pro λέγεσθαι. p. 91. Ed. Flor. at 139. Petav. ἐν ὀκτωκαιδεκαετηρίδι. Scal. ἐν ὀκταετηρίδι. Ib. p. 91. Ed. Flor. at 140. Pet. ἐν ἑβδομήκοντα ἔτεσιν. Scal. & Petav. conjiciunt ἓξ καὶ ἑβδομήκοντα. p. 95. Ed. Flor. at 146. Petav. τέσσαρα μὲν ἔξει ὑπὲρ γῆν. Scalig. imo πέντε, & Paulo infra ad hæc, ἕτερα τέσσαρα ὑπὸ γῆν, imo τρία. Ibid. Ἐρατοσθένης ἐν τῷ καταμερισμῷ. Scal. legendum, καταστερισμῷ. p. 98. Ed. Flor. at 150. Petav. μέχρι τοῦ θερινοῦ τροπικοῦ, μοῖραι εἰσὶ κδ'. Scalig. κη'. Ibid. ἀπὸ δὲ τοῦ χειμερινοῦ ἕως τοῦ ἀνταρκτικοῦ. Scal. μοῖραι κη' ἀπὸ δὲ ἀνταρκτικοῦ ἕως τοῦ πόλου ἀνταρκτικοῦ, μοῖραι λη'. p. 98. Ed. Flor. at 152. Petav. παντὶ Ὀλύμπου. Scal. πάντῃ. p. 101. Ed. Flor. & 156. Pet. τὴν νύκτα μοιεῖ. Scalig. & Petav. ποιεῖ. p. 103. Ed. Flor. εἰ μὲν οὖν κατὰ τὰ κλίματα διαφορά. Scal. ἡ μὲν οὖν, quod e Cod. Reg. edidit Petav. p. 160.

Γένος Ἀράτου καὶ βίος p. 107. Ed. Flor. p. 107. in hoc Callimachi Fragmento, μὴ τὸ τὸ μὲν κράτος. Scal. μὴ τοῦ μὲν Ἄρατος. Ibid. εἰσὶ δὲ καὶ τῆς Εὐβοίας Ἀθηναίων δαΐδας μέμνηται ἐν Γλαύκῳ ποντίῳ Αἰσχύλος. Scal. διάδες Ἀθηναῖ, ὧν μέμνηται. Ib. κᾆπειτ' Ἀθήνας δαΐδας παρ' ἐκπερσῶν. Scal. παρεκπερῶν. Ibid. p. 107. κατέπερου δόντος αὐτῷ. Scal. κάτοπτρον. Ibid. μέτρῳ εἶναι. Scal. ἐκθεῖναι. Ib. εὐδοξότερον ποιεῖς τὸν Εὔδοξον, ἐκτείνας τὰ παρ'

αὐτῷ κείμενα μέτρῳ. Scal. εὐδοξότερον ποιήσεις τὸν Εὔδοξον, ἐκθεὶς κ.τ.λ. p. 108. καὶ Ἀντιγόνου. Ἀλεξάνδρου τοῦ Αἰτωλοῦ. Scal. Ἀντιγόνου καὶ Ἀλεξάνδρου. Ibid. hoc depravatum Callimachi Epigramma, Ἡσιόδου δ' ἄεισμα καὶ ὁ τρόπος, οὐ τὸν ἀοιδὸν ἔσχατον, ἀλλ' ὀκναίσωμήτο μελιχρότατον τῶν ἐπέων ὁ Σολεὺς ἀπεμάξατο· χαίρετε λεπταὶ ῥήσεις Ἀρήτου σύγγονος ἀγρυπνίης, ſic emendavit Scaliger.

Ἡσιόδου τόδ' ἄεισμα καὶ ὁ τρόπος οὔτος ἀοιδοῦ.
Ἔσχατος, ἀλλ' ὀκνέω μὴ τὸ μελιχρότατον
Τῶν ἐπέων ὁ Σολεὺς ἀπεμάξατο. χαίρετε λεπταὶ
Ῥήσεις Ἀρήτου σύγγονοι ἀγρυπνίης.

Addo hinc emendandum eſſe eumdem verſum qui ſupra legitur p. 107. ἀλλ' ὀκνέω μὴ τὸ τὸ μὲν κράτος, pro quo tunc minus feliciter Scal. repoſuerat, μὴ τοῦ μὲν Ἄρατος. obſervandum autem in hac eadem pagina 107. ſervari egregium Solonis Elegiarum Fragmentum, omiſſum a Cl. Franc. Arn. Fortlage in ſua *collectione Solonis Fragmentorum* Poëticor. T. II. *ſententioſor. vetuſtiſſimæ gnomicorum* Poëtarum operum Lipſiæ 1776. Ib. p. 108. in hoc Epigrammate Ptolemæi Regis, ἀπὸ σκοπου δ' ἀτάρατον, ἀλλὰ τότε λεπτολόγου σκήπτου Ἄρατος ἔχει, Scal. ἀποσκόπιοι δ' ἀφάρατον, ἀλλὰ τὸ λεπτολόγου σκῆπτρον Ἄρατος ἔχει. Ib. Σαβιρίου Πόλλωνος· τοῦ δὲ αὐτοῦ τέτου φησὶν εἶναι ἐπιγεγραμμένας Εὐριπίδους ἐπιστολάς: Scal. Πολλίωνος. p. 109: ποιοῦσι δὲ τὴν ἀρχήν. Scal. τήνδε ἀρχήν. Ib. πεποίηται ἀπὸ καρκίνου. Scal. τὴν ἀρχὴν πεποίηται ἀπὸ καρκίνου. Ib. ἐν τοῖς ἑξῆς, οὐκ ἐτήρησε. Scal. ἐν τοῖς ἑξῆς ἐξηγούμενος οὐκ ἐτήρησε. Ibid. Ἀγκλείκη ξείνων. Scal. ἀγκλείδη ξείνων. Ibid. ἑβδομηκονταετηρίδα. Scal. ἑβδομηκονταεξαετηρίδα. Ib. συναγείρεται ἤδη. Scalig. συναείδεται. p. 110. καὶ Ἀλκμάν· ἐγὼ δὲ ἀεί σοι με ἐκ διός ἀρχόμενα. ἄλλος δέ. Scal. ἀείσοιμι ἐκ Διὸς ἀρχόμενος· ἄλλως δέ. Ib. ὡς εἴ τις λέγει ἄποθεν. Scalig. λέγοι ἄπωθεν. Ib Σοφοκλῆς Δία τὸν ἥλιον καλεῖ, λέγων, ἠελίοιο κλείρειε ἐμέ. Scal. ἠέλιος οἰκτείρει ἐμέ. Ib. ὃν οὐδὲ εἷς λέληθεν οὔτε κακόν. Scal. hos Philemonis verſus ſic integros exhibet.

Ὃν οὐδὲ εἷς λέληθεν οὐδεὲν ποιῶν,
Οὔτε κακὸν, οὔτε γ' ἐσθλὸν, οὗτος εἰμ' ἐγώ.
Ἀνὴρ, ὃν ἄν τις ὀνομάσειε καὶ Δία.

p. 111. φίλος, φυτάλμιος. Scalig. φυτάλμιος.

Τῶν Ἀράτου Φαινομένων πρὸς εἰσαγωγὴν ἐκ τῶν Ἀχιλλέως p. 112.

p. 112. & 165. Petav. τῷ μὲν γὰρ Ἁλικαρνασιώτα ἀπιστότερα ὀφθαλμιῶν. Scal. Ἁλικαρνασσεῖ ὦτα, ut edidit Petav. Ibid. καὶ τὴν ἄργα ἔλαβε. Scal. καὶ τὴν πορείαν, ἄρνα ἔλαβε. Ib. ἐμβαλεῖ, (Petav. conjicit ἐμβάλλει) ὥσπερ οἱ ποιηταὶ καλοῦσιν εἰκός. Scal. ἐνέβαλεν, ὥσπερ οἱ ποιηταὶ καλοῦσι νεῖκος, ut edidit Petav. p. 115. Φαμένωθ εἰκάδι τετάρτῃ. Scal. ad oram κ' Μαρτίου. Ib. p. 116. Flor. & 169. Petav. καθὸ καὶ ὁ Ἀσκραῖός φησι, Σφαίρας κ.τ.λ. Vide ſupra ad pag. 86. Edit. Florent. & 130. Petav. Ib. σφαῖραν μὲν καλέσας. Scal. σφαῖρον.

Ἐρατοσθένους ἐν ἄλλῳ Ἱππάρχου εἰς τὰ Ἀράτου Φαινόμενα p. 117. Ed. Flor.

---

p. 118. παρέον τε, ὀφιούχου ὤμους. Scal. παρεῖται, ὀφιούχου ὦμος. Ib. ὠρίωνος μέσον ἀριστερόν. Scalig. ὠρίωνος ὦμον ἀριστερόν. Ibid. τοῦ θνηνὸς μείζων. Scal. τῆς γένυος. Ibid. πολαμὸς ὠρίων παρ' ὀλίγον. Scal. ὠρίωνος. p. 120. Ἵππαρχός φησιν φπ'. Scal. φκ'. p. 122.

σἰαδίων ἐςὶ ϗσ. Scal. μσ. p. 123. in fine, Scaligerus, Catalogo Arati Scholiaſtarum inſerit Philippum, Sporum & Leontium.

Extat in hac eadem Bibliotheca Vinarienſi N°. V, 3, Exemplar Joſephi, Baſileæ 1544. fol. apud Hieronymum Frobenium & Nicolaum Epiſcopum, cujus primæ paginæ, quæ titulum præfert, inſcriptum eſt, *F. Gomari, ex Illuſtris P. M. Scaligeri Teſtamento*, & infra: *nunc autem ſum Wilhelmi Goes* 1657. & denique: *nunc ex auctione Goeſiana pervenit* ad *Bibliothecam Schurzfleiſchianam.* Appoſitæ ſunt notæ manu Joſephi Scaligeri, quas hic proferam, ſimulque conjungam cum præcipuis obſervationibus & emendationibus quas idem Schurzfleiſchius exaravit in margine alterius ſui Exemplaris ex eadem Editione, quæ in eadem Bibliotheca Ducali ſervatur N°. V, 4. cujusque primæ paginæ propria manu præpoſuit: *Conradus Samuel Schurzfleiſchius emit Francofurti ad Mœnum A.* 1681. *M. Aprili, IV. Imperial.* Hæc autem omnium prima Joſephi Operum Editio, qua uſi ſunt Scaligerus & Schurzfleiſchius, ab Arnoldo Peraxylo Arlenio dicata eſt *Clariſſimo ac Illuſtriſſimo Diego Hurtado Mendozæ apud ampliſſimum Senatum Venetum Legato Cæſareo*, viro humanarum literarum & rerum civilium prudentia conſpicuo, qui Græca præſertim ſtudia, in quibus excellebat, ardenter promovit, multaque in Europa nondum viſa antiquorum Auctorum, in hisque quædam Sanctorum Baſilii Magni, Gregorii Nazianzeni, Cyrilli Alexandrini, nec non & Archimedis, Heronis, Appiani &c. monumenta e Græciæ ipſius latebris avariſſimorumque poſſeſſorum manibus eripuit. Is cum Venetiis, Caroli quinti Legatus, degeret, plurimos S. Marci Bibliothecæ Codices Græcos, a Republica ſumpſit mutuos, & in ædibus ſuis ita fideliter deſcribi curavit, ut & ipſæ repræſentarentur librariorum, qui maximam eorum partem in Beſſarionis gratiam exaraverunt, ſubſcriptiones, quod quidem multis fraudi fuit, qui cum poſtea cernerent eadem apographa in Scorialenſem Bibliothecam illata, ipſosmet Beſſarionis Codices furto ablatos videre, ſibi viſi ſunt. De hoc Mendoza tradit Jacobus Wilhelmus Imhof p. 227. *in Genealogiis viginti illuſtrium in Hiſpania familiarum, ordine Alphabetico exhibitarum, exegeſi Hiſtorica perpetua illuſtratarum, iconibusque inſignium exornatarum* Lipſiæ 1712. fol. de quo vide *Acta Eruditorum* menſis Martis A. 1713. p. 97. & ſeqq. eum pro captivo quodam quem magno Turcarum Imperatori chariſſimum ab iis, qui in poteſtate habebant, non parvo ære redemptum dimiſerat liberum, non aliam oblatæ ab illo principe gratitudinis ſignificationem admittere voluiſſe, niſi ut Venetis a Turcarum ditione grana quorum indigebant, petere, ſibique aliquot librorum Græcorum eſſe compoti liceret: quod utrumque facile impetravit, LX. arcis librorum Manuſcriptorum plenis, Solimanni dono e poteſtate Barbarorum recuperatis. Quæ Codicum Græcorum, Latinorum & Arabicorum, manu ipſius notatorum moles, in Geſneri etiam *Bibliotheca* memorata, cujus tamen pars a quibusdam ſublata fuerat, & in aliis Italiæ Bibliothecis collocata, referente Alexandro Barvoetio Jeſuita in Catalogo Codd. MSS. Bibliothecæ Scorialenſis, Origenis Homiliis in Jeremiam a Balthaſare Corderio editis, præfixo, nunc in hac Scorialenſi delitefcit, cum Hiſpaniæ Regi moriens libros ſuos legaviſſet Mendoza. Arlenius in ſua Epiſtola Nuncupatoria Joſepho præmiſſa, ſcribit: „Mendozam labores infinitos ac ſumptus

„maxi-

Digitized by Google

„maximos in exquiſitiſſimos inventu-
„que rariſſimos Codices inſumpſiſſe,
„eosque tum in Italia, tum in Græ-
„cia quaſi defoſſos theſauros eruendos
„atque in ſuam pulcherrimam Biblio-
„thecam deferendos curaviſſe, quam tot
„tantis pretioſiſſimisque monumentis
„inſtructam cum omnibus eruditis com-
„munem eſſe voluit. Imo eam Arle-
„nio excutiendam & perſcrutandam
„conceſſit ea lege, ut quidquid publici
„commodi adipiſcendi cauſſa impreſſio
„ni ſubjiciendum exiſtimaret, id com-
„muni utilitati offerendum curaret.
„Arlenius igitur Joſephum quaſi floſcu-
„lum ex hoc amœniſſimo horto deli-
„bavit.“ Idem ibidem obſervat Men-
dozam „magno ſtudio in Ariſtotelem
„atque adeo univerſam Philoſophiam
„inchoaviſſe Paraphraſes in quas retu-
„lerat quidquid in veterum & recen-
„tiorum tam Græcorum quam Arabum
„& Latinorum libris ſcitu dignum, cum
„Peripateticorum & Academicorum di-
„ſciplina conſentaneum eſſet, vel ab
„eadem diſcreparet.“ De qua quidem Paraphraſi in totum Ariſtotelem, ut & de ejusdem cunctanæ Expeditionis Hiſtoria, cui ipſe interfuit & præfuit, loquitur Gesnerus in ſua *Bibliotheca*. Habemus quoque *maximes Politiques du Pape Paul III, touchant ſes démeles avec l'Empereur Charle V. au ſujet du Concile de Trente, tirées des lettres Anecdotes de Don Hurtado de Mendoza, ſon Ambaſſadeur à Rome, & publiées en Eſpagnol & en Françaiſ*, Hagæ Comitum 1716, in 12. de hoc immortali viro, non Latinæ ſolum & Græcæ linguæ, ſed etiam Arabicæ peritiſſimo, imo & egregio Poeta Hiſpano, cujusque memoria omnibus eruditis viris, quos æternis devinxit meritis, gratiſſima eſſe debet, deque illius filio Franciſco de Mendoza, Græcæ primum linguæ, quam ut Hebraicam callebat, in Academiæ Salmanticenſi doctore, poſtea vero Cardinali, vide Chriſtophor. Wolf. in Hiſpania Orientali p. 229, 230. & 231, & Auctores ab ipſo indicatos. Ab illo ad Joſephum qui ipſi debetur, redeamus.

Antiquit. Judaic. L. I. c. 1. p. 4. Ed. Froben. at 7 Havercamp ἢ ἔνθος, pro ἄνθος, cum Iſaaco Voſſio legit Schurzfleiſchius. c. 2 p. 6. Ed Frob. at 11. Haverc. καὶ λιθίνην, pro πλινθίνην, cum Huetio legit Schurzfleiſch. p. 7. Frob. & 13. Hav. c. 3. ad hæc, λάρνακα τετράστεγον, annotat. Schurzfl. „Sic Phi-
„lo, in cujus ſententiam ivit, τετρώ-
„ροφον, quem τριώροφον, ſive τρίστε-
„γον dicere debuiſſet.“ c. 6. p. 11. Ed. Frob. at 20. Hav. ad Θοβήλους annotat Schurzfl. „Alii Θεοβήλους, & Θο-
„βελήλους vocant, ut eſt apud Euſebium
„in Demonſtrat. Evangel. IX. Reineſ.
„omiſſ. 1013. poſtea dicti ſunt Ἴβηρες.“
Ib. p. 21. Hav ad hæc Ῥηγῖνες Schurz.
„iidem qui Ἀβοριγῖνες, qui oraculo
„Dodonæo celebrati ſunt. Reineſius
„dicto loco.“ p. 12. L. 1. c 6. Edit. Frob. ἀφ' ἑνὸς τῶν ἐπιγόνων ἐπωνόμασεν. Scaligerus, ἀπογόνων. p. 44. Ed. Froben. at 87. Hav ad hæc, καὶ τοσούτου δεησόμεθα στρατηγοῦ, obſervat Schurz. poſt Tan. Fabrum in not ad Lucian. *Peregrin.* p. 77. hic τοσούτου dici pro τούτου. L. 2. c. 5. p. 48 Frob. at 97. Hav. Scal. legit καὶ γὰρ ἦσαν ἔμπειροι τὴν ἀλήθειαν εἰπεῖν, pro οἱ περὶ τὴν ἀλήθειαν, quod in Frob. & καὶ γαρ εἰσι δεινοὶ περὶ τῶν μελλόντων τὴν ἀλήθειαν εἰπεῖν, quod in Hav. p. 48. Ed. Frob. at 97. Hav. recte Schurz. legit ὠδῖνας, ut apud Hav. pro ὠδύνας, quod in Frob. p. 65. Ed. Frob. at 121. L. 3. c. 1. Ed. Hav. ad hæc, διαφθειρομένοις, καὶ τῆς ἐπὶ τροφῇ χάριτος, ὥστε μὴ παρόντος οὐδὲν, Schurz. „legi debet, ὡς τῆς ἐπὶ τροφῇ χάριτος, ὥστε μὴ παρόντος, ὄφελος οὐδὲν ὄν. V. Tanaquil. Fabr. not.

Digitized by Google

Ἴσως, τοῦτο. p. 241. ἀμέθυσοι) Ἴσως, ἀμέθυστοι. p. 243 ἐν μόνῃ γὰρ τῇ ψυχῇ καταφαίνεσθαι) Ἴσως, καταφαίνεται. p. 245. τρυφοκαλάσισιν) Ἴσως, τρυφοκαλάσιριν, *veſtem fimbriatam, lineam, ad talos demiſſam.* p. 252. τὸ μὴ ἑαυτῆς) γρ. τὰ ἑαυτῆς. p. 253. τῶν πλοκαμῶν τοὺς ἐνελισμοὺς) Ἴσως, ἑνελισμούς. p. 263. τοῖς κάλλεσιν ἐκαλλώπισεν in Ed Flor. pro quo Anonym. κάλλυσιν conjecit, Potter. κάλλεσιν edidit. Ib. ξηρότερα γὰρ φύσει.) Ἴσως, ἰσχυρότερα. p. 207. Anonym. legit τὰς καμήλους ἐπιφέρονται, pro ἐφέρονται, quod in Flor. & ἐφέζονται, quod in Potter. p. 270. εἰς γέλωτας ἐκκαλούμενα) Ἴσως, γέλωτα. p. 282. παραιτητέον τὸ βαλανεῖον) Ἴσως λείπει τὸ οὐ. p 285 Ed. Pott. καὶ φέρει πρὸς σωτηρίαν) Ἴσως, ἀπώλειαν. p. 293. Ed. Pott. ἑτέρα γυνή) Ἴσως, ἑταίρα γυνή. p. 298. καθάπερ καὶ ἐπὶ τῷ δικαίῳ) Ἴσως, δικαστηρίῳ. p. 299. τῆς ἐν ἑαυτοῖς κακίας) Ἴσως, αὐτοῖς. Ib. καὶ ταύτῃ φιλοσοφούντων) Ἴσως, ταῦτα. p. 303. ταῦτα εἶναι τραχύτερον) Ἴσως, λείπει, διὰ; at in Pott. ταῦτα εἰ καί. p 310. ὕδωρ τοῦτο, & πῦρ τοῦτο, & ἀὴρ τοῦτο) noſter Anonymus in his omnibus locis legit τούτῳ. p. 311. νύκτωρ, μεθ' ἡμέραν) Ἴσως, καὶ καθ' ἡμέραν. Ib. δι' ὃν τὰ πάντα ἐν) Ἴσως, πλεονάζει. Hymn. in Pædagog. τρόπων τε καιρόν.) Ἴσως, τροπῶν. Ibid. τὸ δὲ τὸ πᾶν καταρτίσας in H. v. at rectius in Flor. τόδε πᾶν. Ib αὐτὸς ζωήν τε) αὐτός τε ζωήν. Notandum autem in hoc hymno eum expreſſum fuiſſe, quem apud Euripidem Hippolytus a venatione redux Dianæ canit. Stromat. L. I. p. 317. Ed. Pot. ὄνος λύρας.) ὄνος πρὸς λύραν. Ib. καὶ δὴ ἐκ συνασκήσεως αὔξειν, at in Flor. ἢ δή.) Ἴσως. ἤδη. p. 94. καὶ Παῦλος λέγει) Ἴσως. ὡς. p. 319 τοῦτον αὐτῷ προσήκει) Ἴσως, τούτων. p. 323. καὶ ἀεὶ ἐργάζεται ὡς βλέπει) καὶ ἀεὶ ἐργάζεσθαι λέγει τόν. p. 329. ἀνεδειφήσατε) ἴσως, ἀνεδεφήσατε. p. 342. καὶ μετὰ τὰς ἄλλας) in Flor. καὶ μετὸ, pro quo noſter Anonymus conjicit, καὶ πάσας. p. 343. & 344. γοητεύουσι, κλέπτουσι.) ἴσως λείπει, ἀλλὰ καὶ, poſt γοητεύουσι. p 346. τερθρίαν λέγει) In Flor. τενθρίαν, pro quo noſter Anonymus conjicit τενθρείαν, id eſt, ut ipſe interpretatur, λιχνότητα. Ib. τὴν καινὴν ἐξελάσας φλυαρίαν) ἴσως, κενήν. pag. 372. ἑκάστου ἡμῶν ὑπάρχοντος) γράφεται, ὑπάρχοντα. p. 376. οὐκ οὔσης ἄνευ τὴν φιλοσοφίαν) ἴσως, τῆς φιλοσοφίας. p. 382. ὁ Σεμέλης πατὴρ ἐπὶ λυγκέως) ἴσως, ἀπό. p. 417. πιστεύοντας προϊέμενος) ἴσως, προσιέμενος, vel μὴ προϊέμενος. L. 2. pag. 429. τοὺς εὐλογεῖν μεμαθηκότας) ἴσως, τῶν εὐλογεῖν μεμαθηκότων. p. 431. ἢ τὰ πάντα ἐγκεκόλπισται) ἴσως, ᾗ. p. 483. Ed. Pot. αὐτῶν τύχῃ.) ἴσως, αὐτῶν. p. 484. μετ' ἰχνίον ὥστε Θεός) ἴσως, ὥσπερ. p. 492. τῶν παθῶν ἡμῶν ἀντιμαχήσεις) ἴσως, ἀντιμαχήσεως. p. 493. εὐσυρημόνως γράφει) ἴσως, εὐσυρρημόνως. p. 494. τὰ μὴ προσταττόμενα) ἴσως, ἡμῖν. Stromat. L. 3. p. 515. καὶ ἐκ δικαίου γενομένην δημιουργοῦ) ἴσως, οὐ δικαίου. p. 529. βιῶσαι ἀνεύθυνον εἶναι) βιῶναι ἀνεύθυνον εἴη. p. 533. εἴ τ' οὐκ ἴσασι) ἴσως, οἵ τε. p. 541. ἀπεσχημένοι τούτου) ἴσως, ἀπεσχημένοι. p. 554. μεταχειριζόμεθα) ἴσως, μεταχειρισόμεθα. p. 561. ὃ δὲ νῦν ζῶ.) ἴσως, τὸ δὲ νῦν ζῶ. Stromat. L. 4 p. 568. ἐπαρτιῶσαι ἐντολαί) ἴσως, ἀπαρτιῶσαι. Ib. πάθους τοῦ φόβου γεννητικὸς ὁ νόμος) ἴσως, πάθους. p 569. ὧδε λιπών) ἴσως λιπὼν (ſic) p. 570. πρὸς δὲ καὶ τὴν ἔξοδον προσχέουσα.) ἴσως, προχέουσα. p 574 Κύρναν κατ' ἠλίβατον) ἴσως, Κίρνα. In Pott. recte, κῦρνε. p. 584. σκιοειδέα φῦλα) ἴσως, φύλλα. p. 586. ἀγαπῶν τὸν ετερον) ἴσως, ἑταῖρον. Ib. καὶ κορῦσθαι) ἴσως, κορεῖσθαι. p. 588. in quodam Euripidis Fragmento, στέγειν

ἅϖερ δεῖ) ἴσως, ϛέργειν. Et ib. ȣ̓ δεινὸν ȣ̓δέν) ἴσως, ȣ̓ δεινόν. p. 589 noſter Anonymus conjicit, καυτηρίοις τοῖς ἀγριωτάτοις, pro καυθηρίοις quod in Flor. pro quo recte in Pott. κἂν θηρίοις. p. 601. noſter Anonym. conjicit, ἤ τίς ἂν ἄλλη μείζων ἀϖέμφασις, pro ἤ τίς quod in Flor. pro quo in Pott. ἧς τις. p. 602. διὰ τȣ̃το ȣ̓ν τὸν ἁγιασμόν) ἴσως, διὰ τȣ̃τον ȣ̓ν. p. 612. ὅταν θέλῃ, ἀνέλει αὐτήν) ἴσως ἀνέλῃ, ἢ ἀνελεῖ. p. 621. ὡδέ ϖως ὑϖοδεικνύων conjicit noſter Anonym. pro ὑϖοδεικνυείων, quod in Flor. at in Pott. ὑϖοδεικνύειν. p. 623. ὥσϖερ ȣ̓ν ἀδύνατον) ἴσως, ȣ̓κ ἀδύνατον. p. 626. ϖαντὸς μᾶλλον ἐν ταυτότητι ὄντα) ἴσως, ϖάντως. p. 634. Anonymus conjicit ϖρῶτον μέντοι ἵν' αὐτὸς, pro ϖρῶτον μὲν τὴν quod in Flor. Potterus edidit, ϖρῶτον μὲν ἵν' αὐτός. p. 639. ἐὰν ὁ καιρὸς τῆς ἐϖιδημίας καλῇ) ἴσως, λείϖει μή. Ibid. καὶ κοσμικῶν τὸν τόϖον) ἴσως, κοσμεῶν. Stromat. L. V. p. 644. noſter Anonymus conjicit ἐϖὶ τῷ αἰσθάνεσθαι τȣ̃ ἀκȣ́ειν, pro ἐϖὶ τῶν αἰσθάνεσθαι τȣ̃ ἀκȣ́ειν, quod in Flor. pro quo in Pott. ἐϖὶ τȣ̃ αἰσθάνεσθαι τῷ ἀκȣ́ειν. p. 646. χειρίζȣσι λόγον) ἴσως, χωρίζȣσι. p. 648. noſter Anonymus conjicit in quodam Empedoclis verſu ἔν τ' ἀληθείῃ, pro ἔκ τ' ἀληθείῃ, quod in Pott. p. 672. ἄσκιον μὲν τὸ σκότος) ἴσως, ἄσκιον, utriculum. p. 711. μεθ' ἃ τῆς ἀϖαλλαγῆς.) ἴσως, μετὰ τῆς. Stromat. L. VII. p. 737. καὶ αἱ ἄλογοι μεθέξȣσι) ἴσως, μετέχȣσιν. p. 758. & 759. ἄρχοντα αὐτὸν ὄντα) ἴσως, αὐτῶν. p. 759. ὁ δὲ ἔκτος, ἀϖορνθείς) ἴσως, ἐρωτηθείς. p. 762. ϖυνθάνεται ἡμῶν) ἴσως, ὑμῶν. p. 763. & ſeqq. εἰ μὲν ȣ̓ν κύριος δι' ȣ̓δὲν ἕτερον κ. τ. λ. noſter Anonymus hæc ad oram adſcripſit, *caute lege*. Scilicet Clemens Alexandrinus hic explicat quomodo Ethnici qui ſecundum naturæ legem vixerant, quosque peccatorum ſuorum pœnituerat, a Chriſto, cujus inquit, opus eſt ſalvum facere, tunc cum ad inferos ideo deſcendit, Evangelii lucem, & hinc vitam æternam acceperint. Nam, ut addit p. 765. Ed. Pott. alioquin ſumma iniquitas eſſet eos qui ante Chriſti adventum obierunt, cum nec iis annunciatum fuiſſet Evangelium, nec proinde incredulitatis culpa in eos poſſet conferri, punitos fuiſſe nec non & indicta cauſa damnatos, ſolis autem iis qui poſt illius incarnationem nati ſunt, divina juſtitia frui contigiſſe, τῆς θείας ἀϖολελαυκέναι δικαιοσύνης. p. 770. ἐκκεκαθαρμένη ϖλȣσίως τυγχάνῃ) ἴσως, ϖολλαϖλασίως. p. 771. ἡ γνῶσις δὲ αὐτή) ἴσως, αὕτη. p. 775. ad hæc, ἀλλ' ἐϖὶ μὲν τȣ̃ Σωτῆρος τὸ σῶμα κ.τ.λ. αὐτὸς δὲ ἀϖαξαϖλῶς ἀϖαθὴς ἦν κ.τ.λ. noſter Anonymus hæc ad oram adſcripſit: εὐλαβῶς τάδ' ἀνάγνωθι. ὁ κύριος ȣ̓ ϖάθη ἔσχεν, ἀλλὰ ϖροϖάθη, ὡς οἱ καλοὶ τῶν Θεολόγων καλῶς λέγȣσιν. Ib. paulo infra de Apoſtolis ad hæc καὶ τὰ δοκȣ̃ντα ἀγαθὰ τῶν ϖαθητικῶν κινημάτων, annotat idem Anonymus: τάδ' ὑγιῶς σύνιθι. p. 776. Pott. ἀϖοστῆσαί τε καὶ τȣ́τȣ αὐτόν) ἴσως, τȣ́των. Idem. ib. p. 776. ad hæc, λῆρος γὰρ καὶ τὸ φάσκειν, κ. τ. λ. adſcripſit, εὐλαβῶς ἀναγίνωσκε. Ib. ad hæc p. 777. ἡ κατάστασις δὲ ἡ τοιάδε ἀϖάθειαν ἐργάζεται, hæc græce annotat. ȣ̓κ ἔστι ταῦτα, ȣ̓κ ἔστι· ȣ̓ γὰρ ἀϖάθεια, ἀλλὰ μετριοϖάθειά ἐστι τȣ̃ τελείȣ γνωστικȣ̃, ὃς τοῖς ϖάθεσι χρῆται ϖρὸς τὴν ἀρετὴν κατὰ τῆς κακίας, καὶ ȣ̓τω ϖως ἀϖαθὴς λέγεσθαι δύναται, διότι ἑκȣσίως ȣ̓ κακῶς ϖάσχει ϖαρὰ τῶν γινόντων ἢ σωματικῶν ϖραγμάτων. ϖάσχει δ' ὅμως· ȣ̓ γὰρ ἀναίσθητος· ȣ̓ μὴν ἀλλὰ τήνδε τὴν ἀϖάθειαν καλȣ̃σιν οἱ ἅγιοι ϖατέρες ȣ̓ κατὰ τȣ̀ς Στωϊκȣ̀ς, ϖάντως ȣ̓δὲν αἰσθάνεσθαι τῶν ϖαθῶν, ἀλλ' ὅϖως δεῖ, χρῆσθαι τοῖς ϖάθεσιν, ὡς ἐνθάδε Κλήμενς λέγει. p. 780. τὴν τῶν ὄντων ϖροσίσεται διάκρισιν.)

σιν.) ἴσως, προσιήσεται. p. 781. in hoc Pindari fragmento, ἀρχὰ μεγάλας ἀρετᾶς) ἴσως, ἀλλὰ μεγάλας ἀρετᾶς ὦ 'νασσα ἀλήθεια. p. 785. καὶ αὐτὴ ἡ φιλοσοφία εἰς τό) ἴσως, αὕτη ἡ φιλοσοφία προσάγει εἰς τό. p. 788. ad hæc, ἀλλ' εἰ μὲν ἀτελὴς, πῶς κ.τ.λ. annotat Anonymus, εὐλαβῶς ἀνάγνωθι. p. 802. λεγοῦντές τε καὶ παραδιδοῦντες.) ἴσως, λέγοντες. p. 813. τὴν τιμὴν ἐξόντων ἀπάντων) ἴσως, ἐχόντων. p. 820. τὸ πάντη τε καὶ πάντως τὰς τιμωρίας διαφεύγειν) ἴσως, τῷ. Stromat. L. 7. p. 832. ἄλλος δὲ ὁ φθονῶν) ἴσως, ἄλλως. p. 833. οὗτος ἁπάντων τῶν ἀγαθῶν) οὕτως. p. 834. εἰς ἀρετῆς ἐπίγνησιν) ἴσως, ἐπίδοσιν. p. 837. noſter Anonymus pro οὐκ ἀθεοράκασι quod in Flor. conjicit, οὐ τεθεωράκασιν, at in Pott. οὐ καθεωράκασι. p. 841. πῶς ἐφ' οἷς οὐ βλάπτονται) ἴσως, πῶς ἔφης οὐ βλάπτονται. p. 842. ὑποδούμενος τὸν ἱμάντα) ἴσως, ὑποδυόμενος. p. 849. μετένδεσιν ὀνειροπολοῦντες τῆς ψυχῆς) ἴσως, μετένδυσιν. p. 857. εὔθικτος μὲν κατὰ τὴν προσβολήν) ἴσως, εὔθικτον. p. 865. Anonymus conjicit κατὰ Θεὸν μετὰ Θεοῦ δίαιταν, pro κατὰ Θεῶν, μετὰ Θεῶν, quod in Flor. pro quo in Pott. κατὰ Θεὸν, μετὰ Θεῶν. p. 867. τὸ σῶμα ἅπαν ἐπιδίδωσιν) ἴσως, ἐπιδιδόασιν. Ibid. noſter conjicit ἅμα ζηλήσει κρατηθεὶς, pro κραθεὶς quod in Pott. & κεραθεὶς quod in Flor. p. 869. μεμνήσθω αὐτῇ τοῦ κυρίου) ἴσως, μελείτω αὐτῆς τῷ κυρίῳ. p. 875. noſter conjicit ἐπὶ συμφέροντι δεξόμεθα, pro συμφέρῳ, quod in Flor. & συμφόρῳ, quod in Pott. p. 888. τῆς δὲ ἐκ κηροῦ, ὡς ὅτι μάλιστα ἴσως, καιροῦ. p. 890. ἔχωσι τῆς ἀληθείας) ἴσως, ἔχωνται. p. 894. γέγονεν ἡ φησιν ἡ γραφὴ χυδαῖος) ἴσως, χυδαίως. p. 896 ἥτις τετυφῶσθαι τὴν λέξιν) ἴσως, εἴ τις. p. 902 οὐχ Ἕλληνες εἶναι βούλονται) ἴσως, οἱ Ἕλληνες. Stromat. L. 8. p. 918. ὅταν ἀπὸ τῶν πρώτων τὸ ζητούμενον) ἴσως, ἀπὸ τῶν πρώτων εἰς τὸ ἔσχατον τὸ ζητούμενον. p. 920. noſter conjicit ὁρῶ μὲν ἑαυτῷ μαχόμενα λέγειν, pro δείρομεν, quod in Flor. Rectius Pott. δείξομεν. p. 925. ἐπὶ τὸ μὴ ζητούμενον καὶ μηκέτι κ. τ. λ. ἴσως, τὸ μὴ διαιρούμενον. p. 927. φαμὲν οὖν, ἄνθρωπός ἐστι τὸ ζῷον γελαστικόν. Noſter inſerendum conjicit λογικὸν inter ζῷον & γελαστικόν. p 934. noſter poſt προδήλῳ μὲν οὖν παρόντος, quod in Flor. pro quo male προδήλως μὲν οὖν παρόντος in Pott. recte conjicit addendum προδήλου. Excerpta Theodot. p. 969. ad hæc, ἀλλ' οὐδὲ τὰ πνευματικὰ καὶ νοερὰ, οὐδ' οἱ ἀρχάγγελοι κ.τ.λ. noſter adſcripſit, εὐλαβῶς ἀνάγνωθι. Sic p. 971. ad hæc, οὕτω καὶ ὁ υἱὸς πρὸς τὸν πατέρα παραβαλλόμενος, hæc adſcripſit. οὐκ ἔστι ταῦτα, οὐκ ἔστι· οὐδὲ γὰρ ἄγγελοι σώματα ἔχουσιν, οὐδὲ ὁ υἱὸς ἥττων ἐστὶ τοῦ πατρὸς τὸ παράπαν.

In eadem Bibliotheca reperitur Ἀμμωνίου τοῦ Ἑρμείου εἰς τὰς πέντε φωνὰς τοῦ Πορφυρίου ὑπόμνημα, Venetiis per Johann. Ant. & Petr. Fratres de Nicolinis de Sabio, ſumptu domini Melchioris Seſſæ An. 1545. Hoc opus Johannes Bernardus Felicianus, cui multa græcæ debent literæ, ac præſertim rariſſimam & accuratiſſimam Demoſthenis Editionem Venet. 1543. in 8°. Vol. 3. cujusque vitam vide apud Agoſtini, *Scrittori Venezian.* dicavit *clariſſimo atque illuſtriſſimo viro Aloyſio Cornelio, magno Cypri Commendatario*, quem dicit genere nobiliſſimum atque ex ea Corneliorum familia, quæ & imperatoriis & regiis & pontificiis titulis ſemper claruit, & ſtudiis adeo delectari ut in hac etiam peregrinatione, quam inviſendæ provinciæ ſuæ cauſa ſubierat, committere noluerat, quin aliquem vel erudiſſimum virum ſecum adduceret. Quid autem dixiſſet Felicianus ſi illi, ut mi-

hi Venetiis per quatuor annos propius admirari contigiſſet egregias & inuſitatas virtutes, rariſſimas ingenii & animi dotes, ſummam peritiam & omnigenam doctrinam cum incredibili modeſtia & candore conjunctam, ardentiſſimum veri & recti amorem, judicium acre & certiſſimum, quibus eminet Cæcilia Grimani Cornelia, phyſicis, botanicis, mathematicis Hiſtoricisque diſciplinis exculta, Græcis Latinis Anglicis Gallicisque literis non tincta, ſed imbuta, ad omnia humanitatis officia promptiſſima & paratiſſima, quæque vel ſola inclareſcere deberet Alviſii Zeni amicitia, quod apud Venetos eloquentes non eloquentiſſimi ſenis, ſed ipſummet Eloquentiæ nomen eſt.

Hoc autem Exemplar fuit Wilelmi Goes, Lodoici Enoci, Jani Rutgerſii, & *ex Bibliotheca illuſtriſſimi* viri Joſephi Scaligeri ad Schurzfleiſchianam, & hinc ad Ducalem pervenit, ut in pagina pura & in ſubſequenti quæ titulum præfert, legitur. Hic autem eas deponam Emendationes quas magnus ille Scaligerus hujusce Exemplaris oræ adſcripſit. fol. 6. recto corrigit ῥηθεῖσα pro ῥηθῆσα, & verſ. θανατῶν, pro θανάτων, & καὶ κρατυμένη pro κεκρατυμένη. fol. 7. rect. δέξαιτο, pro δέξηται, & verſ. διαλλάττουσι, pro διαλάτουσι. fol. 8. rect. legit, 'ΟΥ κατὰ σημεῖα γίνεται, ἅπερ ἐ συντίθενται, ubi 'ου ante κατὰ omiſſum erat in Editione, & συντίθεται excuſum pro συντίθενται. fol. 10. verſ. ἰστέον γοῦν ὅτι αὐτίκα, ubi ὅτι exciderat; fol. 12. verſ. ad hæc, στρέψασαν τὸν αὐλὸν αὐλῆσαι, adſcripſit, τὸ μέλος, τὸν νόμον, vel τόνον; στρέψασαν τόνον αὐλῆσαι. fol. 13. verſ. κρατέειν, pro κρατεῖν. fol. 13. rect. hæc, τοιοῦτον ἀγαθὸν οὔτ' ἦλθεν εἰς ἀνθρώπους, οὔθ' ἥξει ποτὲ, ſic in verſus digerit.

— — Οὔτ' εἰς τοὺς βροτοὺς
Τοιοῦτον ἦλθεν ἀγαθὸν, οὔθ' ἥξει ποτέ.

fol. 22 rect. ad hæc, ἐπειδὴ δὲ (ſic) ὄντος, cui præpoſitum fuerat εἰρήκει τὸ ὂν ἀναγκαῖον, adſcripſit: „ γελοῖον: „ nam eſt abſolutus caſus, & poteſt per „ accuſativum abſolutum enunciari At„ tice ἀναγκαῖον ὂν, ut δέον, pro δέοντος.“ fol. 25. rect. δύναμιν ἀποβάλλομεν, pro ἀποβάλλωμεν, & ἀνειληφὸς, pro ἀνειληφώς. fol. 28. rect. ad hæc, τῶν ὄντων τὰ μὲν ὑφέστηκε, annotat, ἤγουν τῶν πολλῶν, τὰ ἐν τοῖς πολλοῖς. fol. 33 rect. βαθυτέρων, pro βαθύτερον, & verſ. γίνεται, pro γήνεται. fol. 34. rect. πλήθους πρὸς ἓν πλῆθος, καὶ πλήθους πρὸς πλῆθος, pro πλήθους πρὸς πλῆθος, καὶ πλήθους πρὸς ἕνα. fol. 35. verſ. Ἡρακλεῖδαι pro Ἡρακλῆδαι, de quibus vide ingenioſum ſed minus veram Sigismundi Hadelichi conjecturam in illa lectu digniſſima Diſſertatione, Tomo ſecundo Academiæ Electoralis Erfordienſis inſerta, in qua certiſſimis Rabbinorum qui diu ante Columbum vixerunt, ut Davidis Kimchi &c. teſtimoniis comprobat, Braſiliam illiusque lignum ab ipſa ſic dictum, multo antea *) cognita fuiſſe. fol. 36. verſ. εἰς τὰ, pro ὡς ἅτε, & προσεχεστέρων, pro προσεχέστερον, fol. 37. verſ. δύνηται, pro δύναται, & ταυτὰ, pro ταῦτα. fol. 40. rect. legit καὶ εἰ μὲν ἐν τῷ ὁποιόν τι ἐστιν, ubi εἰ omiſſum fuerat. fol. 43. rect. λογικὸν, ἴδιον δ' οἶον, pro τὸ γελαστικόν. fol. 46. rect. πλησιαίστερα, pro πλησιώστερα. fol. 46. verſ. ἀξίους, pro ἄξιον. fol. 47. rect. ad hæc, καὶ τοῦ λογικοῦ τὸ μὲν ἄγγελος, τὸ δὲ ἄνθρωπος, τὸ δὲ δαίμων, hæc annotat: „ dicendum: οὐσία ἡ μὲν ἔμψυχος; ἡ δὲ

*) Vide Cl. Joh Philippi Caſſeli *Diſſertationes de Friſonum navigatione fortuito in Americam Seculo XI facta*, Magdeb 1741, 4. & *de navigationibus fortuitis in Americam ante Columbum factis*, ib. 1742.

„ ἄψυχος· καὶ τῦ ἐμψύχυ &c. καὶ τῦ „ λογικῦ τὸ μὲν σῶμα, ὡς ἄνθρωπος, „ τὸ δὲ ἀσώματον, ὡς ἄγγελος καὶ δαί- „ μων. “ fol. 48. verſ. τὸ περιυποκεῖσθαι, pro τῷ. fol. 52. rect. ἡδέως pro ἡδέος, & verſ. περιεκτικὸν, pro περιεκτικὸν, & γενέσθω, pro γενέστω. & fol. 57. verſ. αὐτῷ γὰρ τῷ λέγειν, pro αὐτὸ γὰρ τό. fol. 62 rect. πρὸ τῦ εἴδυς, pro περὶ τῦ εἴδυς, & fol. 63. verſ. ἄγρυπον, pro ἄχρυπον, & χωρίσαι, pro χειρίσαι. fol. 67. rect. ὃ γὰρ ἂν ἔχῃ, pro ἔχει, & ὥσπερ δὲ φυσική, pro ὥσπερ γάρ. fol. 68. rect. poſt ἐπὶ τῦ κύκνυ τὸ λευκὸν, Scaligerus addit, ἐκ τῦ ἰδίυ. Ad hæc fol. 70. rect. πρῶτον μὲν γὰρ, φασὶν, adſcripſit λυρώδης ἐπίλυσις, & ib. ὁ γὰρ Θεός, pro ἡ γὰρ Θεός, fol. 71. rect. ἄλλο περὶ ταῦτα, pro παρὰ ταῦτα. Ib. πάντων γενῶν τελειότερα, ubi γενῶν exciderat, & ὥσπερ εἰδῶν ἄτοπον, ubi εἰδῶν addit Scal. Ad hæc fol. 72. rect. ἐν τῷ τῦ Ὀρέστυ, adſcripſit Scaligerus, „ Ariſtoteles ποιητικῇ. “ fol. 75. rect. ὑλακτικὸν, pro ἡλακτικὸν, & τέσσαρες, pro τέσσαρα. fol. 76 rect. τὸ ὑποκείμενον ὁ λυμαίνεται, pro τῦ ὑποκειμένυ. fol. 76. verſ. ἅμα γὰρ τῷ νοῆσαι, pro ἅμα γὰρ τό. Ib. pro τὴν ἁρμονίαν γίνεσθαι legit. τὴν ἁρμονίαν γίνεσθαί τε καὶ φθείρεσθαι, & ἀλλήλοις, pro ἀλλήλων. fol. 77. rect. αὐτὴν συμφθείρεσθαι, pro ἑαυτὴν, & ὅπως ὃν φερέπωτον, ubi omiſſum fuerat εἰπεῖν. fol. 81. rect. ad hæc, ἐπειδὴ τῦ ζώυ κατηγορεῖται τὸ γένος, adſcripſit, imo ἐπὶ τῦ ἐπάλληλυ. fol. 82. verſ. ἐν τοῖς πολλοῖς τὸ γένος, pro γένεσι, & ὥσπερ, pro ὥπερ. fol 88 rect. λογικὸν συντεθὲν, pro συντεθείς.

Cum eodem libro conjunctum eſt Ἀμμωνίυ τῦ Ἑρμείυ εἰς τὰς τῦ Ἀριστοτέλυς κατηγορίας ὑπόμνημα Venetiis per Johann. Ant. & Petrum fratres de Nicolinis de Sabio, ſumptu Melchioris Seſſæ A°. 1545. in 8°. quem Commentarium eidem Aloyſio Cornelio nuncupavit idem Joh. Bernardus Felicianus. Joſephi Scaligeri Emendationes in hunc librum accipe, quas, ut & in præcedentem, vel ideo protuli, quod minus quam alia Græciæ veteris monumenta, illuſtrati fuerint, & nimis neglecti jaceant, hoc præſertim ſeculo quo græcæ litteræ frigent, & in quo, quamvis tot tantiſque doctrinæ, ut putant, luminibus collucente illud vellem dici poſſet, quod anno 1599. Pariſiis de ſuæ ætatis & nationis magiſtris ſcribebat Deſiderius Heraldus p. 101. c. 8. L. 2. *Adverſariorum* ſuorum: „ *nemo tam ineptus imperituſve magiſtellus eſt, qui non Pindarum legat, interpretur.* “

fol. 4. rect. Scaligerus Ἀριστοτέλης emendat pro Ἀριστέλης. fol. 5. rect. Πλάτωνι ἀνδρὶ τὸν, pro Πλάτωνος, ἀνδρὸς ὄν. Ib. Πέλλῃ τῇ τῶν Μακεδόνων πόλει, ubi Πέλλῃ in Edit. omiſſum, & μεταστέλλονται, pro στέλλονται. fol. 7. rect. ἡ γὰρ ἰατρική, pro ἡ γῦν ἰατρική. fol. 7. verſ. ὡς ὁ μέρος, ἀλλ' ὄργανον, ubi ὁ exciderat. fol. 8. rect. ad hæc verba, μέρος τῦ ὅλυ ὑγρῦ, adſcripſit: „ μερὸς „ τινὸς ὅλυ· ὁ γὰρ μετρύμενος ξέστης „ ἐστὶν ἴσος τῷ μετρῦντι, καὶ τὸ ὑγρὸν τῷ „ ὑγρῷ; ſed non oportuit menſuras „ æquales facere. “ fol. 9. rect. ad hæc, ὁ δὲ μαθητὴς αὐτῦ Ἡράκλειτος, adſcripſit, ψεῦδος, & ib. legit, ὐκ ἔστιν ὑμῖν πιστεῦσαι, pro ὑμῶν. & fol. 9. verſ. εἰς τὴν μέθοδον συντελέντων, pro συντελῦντα. fol. 12. rect. ὑπὲρ βαθμῶν πόδα, pro ὑπερβάθμιον. Ad hæc ἐπετήδευσε τοίνυν τὴν ἀσάφειαν, adſcripſit, „ τὸ ἀσαφὲς τῆς Ἀριστοτέλυς λέξεως ἔν τισιν. fol. 18. rect. σώμασι συνδεδεμέναι, pro συνδέδενται. Ad hæc fol. 19. verſ. ἀπορῦσι δέ τινες κ. τ. λ. adſcripſit, λῆρος. fol. 21. rect ὠρμημένοι καλέσωμεν, pro ὡρμημένη. fol. 21. verſ. ἴσον ὄνομα, pro

fol. 25. verſ. ζέσιν τȢ ϖερικαρδίȢ αἵματος, pro ξέσιν. fol. 28 verſ. Ȣ̓ σύνθετον, ἀλλ' ἁπλȢ̃ν, pro ἁπλῆν. fol. 31. verſ. ϖᾶσαν Ȣ̓σίαν ϖεριλάβῃ, pro ϖαραλάβῃ, fol. 32. rect. κατηγορῶνται, pro κατηγορȢ̃νται. fol. 34. rect. δεῖται τόπȢ, pro δέεται. fol. 34. verſ. Ȣ̓ γάρ ἔν τινι τὸ ὅλον, pro ἐν μέρει, fol. 35. rect. τȢ σημεῖȢ Ȣ̓ ϖεριλαμβάνοντι, ubi exciderat Ȣ̓. fol. 36. rect. ϖαχυμερεστέρα, pro ϖαχυμεστέρα, & ῥυτιδȢ̃ται, pro ῥυϖιδȢ̃ται. fol. 37. rect. τῷ φύσιν ἔχειν, pro τό. fol. 41. verſ. ϖεττευτικὴ pro ϖειϖτευτική. fol. 53. rect. δοκοίη δέ τῳ, pro δοκεῖ δέ τῳ. fol. 78. verſ. ad hæc verba, ϖρότερον ἐξογκωθεῖσα ϖοιȢ̃ται, annotat, τȢ̃το ἐναντιȢ̃ται τῷ ϖροτιθεμένῳ. fol. 81. verſ. χρόνος, pro σχόνος. fol. 82. verſ. καθὸ ἁπλῶς μῆκος, pro καὶ ὁ ἁπλῶς μῆκος, & ἐϖιδιαιρεῖ τὸ ϖοσὸν, pro ὑϖοδιαιρεῖ. fol. 90. verſ. ταῦτα ἐναντία, pro ἀναντία. fol. 92. rect. τὸν γῆς τόϖον, pro τὸν τῆς. fol. 103. rect. τῶν ζώων κεφαλὴν, pro τῶν ζῶον. fol. 108. verſ. οἱ ϖρὸς τὸ κεντεῖν ὄντες ἐϖιτήδειοι, ubi οἱ erat omiſſum. fol. 110. rect. συνεισάγονται μὲν, pro συνάγονται. fol. 115. verſ. Ȣ̓ μὴν ταὐτό γέ ἐστι, pro τȢ̃το. fol. 153. verſ. ὑφ' ἑκάτερον ϖρᾶγμα, pro ὑφ' ἕτερον. fol. 158. rect. poſt Σωκράτης ἤδη ϖεφυκὼς, addit, ἢ ὁρᾷν τότε. fol. 165. rect. poſt Ȣ̓κ ἂν ἀληθὴς ὁ ϖερὶ αὐτȢ̃ λόγος, ad oram adſcripſit, „ τȢ̃ δὲ ϖράγματος ὁ λόγος Ȣ̓κέτι αἴτιος.“ fol. 174. rect. ἔν τι τῶν ϖερὶ τὴν διάμετρον, pro ἔν τι τῆς.

Idem Scaligerus quaſdam annotationes adſcripſerat ad oram ſui Novi Teſtamenti ex Editione Th. Bezæ fol. 1582. cujus primæ paginæ puræ quæ titulum præcedit, adſcriptum eſt, *Gerardi Voſſii ex Bibliotheca illuſtris viri Joſephi Scaligeri, cujus manu plurimæ cenſuræ ſunt adſcriptæ.* Has autem edidit Henricus Leonardus Schurzfleiſchius, Conradi Samuelis Schurzfleiſchii frater, & in Vinarienſis Bibliothecæ ſervandæ cura ſucceſſor, p. 23. & ſeqq. in *Actis Litterariis, Vitembergæ* 1714. in quibus habes & Danielis Heinſii Animadverſionum Manuſcriptarum, in Epiphanium, quæ ipſius Exemplari in Ducali Bibliotheca ſervato adſcriptæ, futuro Editori omnino conſulendæ, ſunt, ſpecimen egregium p. 42. & ſeqq. Joſephi Scaligeri & Juſti Lipſii Elogia, hujusque Epiſtolam hactenus ineditam, pag. 1. & ſeqq. 193. & ſeqq. Conradi Samuelis Schurzfleiſchii Hiſtoriæ Germanicæ fundamentorum ἀϖοσϖασμάτιον pag. 1. ejusdem Animadverſiones aliquot in Gruteri Theſaurum Inſcriptionum antiquarum & Manilii villam Burgheſianam p. 51. & ſeqq. ejusdem, ut & Salmaſii ac Munkeri notas in Ariſtæneti Epiſtolas, p. 100. & ſeqq. Conradi Schurzfleiſchii Animadverſiones in Taciti Dialogum de Oratoribus pag. 117. & ſeqq. Idem Henricus Leonardus Schurzfleiſchius Vinariæ 1717. edidit *Conradi Samuelis Schurzfleiſchii ſpicilegium Animadverſionum in Juvenalis Satyras, ſive Satyrarum omnium ad fidem membranæ Schurzfleiſchianæ Caſtigationem, in easque & Scholiaſtem earum veterem C. Barthii & C. S. Schurzfleiſchii, Emendationum & Animadverſionum Syllogen ſpiſſiorem*, in 8°. 208. pagg. ut & ejusdem Conradi Samuelis Schurzfleiſchii *Epiſtolas arcanas* Halæ Magdeb. 1711, 8°. & Halæ 1712, 4°. *Variarum lectionum & Animadverſionum in Livium a Jano Gebhardo ex tribus Codicibus Bibliothecæ Palatinæ erutarum*, (& nunc in Vinarienſi ſervatarum) *ſpecimen ad librum primum Livii.*

In eadem Ducali Bibliotheca *videbis Antonii Nebriſſenſis, Chronographi Regii Dictionarium Latino-Hiſpanicum & Hiſpanico-Latinum, Antiquariæ in ædibus*

Digitized by Google

Ælii Antonii Nebriſſenſis excuſum ann. 1578. fol. notatum N°. 41, 10, & refertum Animadverſionibus Manuſcriptis Joſephi Scaligeri, qui hoc Lexicon infinitis in locis auxit, ſupplevit, Arabicas voces, a quibus oriuntur Hiſpanicæ, ſedulo appoſuit, & Gallicam ſignificationem elegantiſſima ſua manu interdum adſcripſit. In eadem Bibliotheca ſimul compacta cernuntur Nro. XXXVII, 228. Parrhaſii liber de rebus per Epiſtolam quæſitis, Jani Gulielmi Plautinarum quæſtionum Commentarius, Joſephi Scaligeri Opuſcula Pariſ. 1605. & Deſiderii Heraldi Adverſaria, cum notis autographis ejuſdem Joſephi Scaligeri.

Jo. Matthias Geſsnerus p. 22. & 23. Orationis qua *Wilhelmo Erneſto Duci Saxoniæ Vinarienſi natalem ſexageſimum ſecundum Die* XXX. *Oct.* CIↃ IↃCCXXIII. *pie gratulatus, de commiſſa fidei ſuæ Bibliotheca Ducali, præſertim qua fuit Schurzfleiſchiana gratias agit, Vinariæ, Typis Mumbachianis*, in 4°. pagg. 92. Scaligero tribuit notas illas copioſiores quæ adſcriptæ ſunt oræ cujusdam Editionis in eadem Bibliotheca ſervatæ N°. XXXX, 240. *Ariſtotelis de mundo, cum Scholiis & Caſtigationibus Bonaventuræ Vulcanii, Lugdun. Batav. ex Officina Plantiniana, apud Franciſcum Raphelengium*, CIↃ IↃ XCI. hæ autem annotationes quæ non ſolum ad marginem, ſed etiam in folio puro inter ſingulas Editionis paginas inſerto exaratæ ſunt, non perveniunt niſi ad paginam 121. hujusce Editionis quæ 297. conſtat, id eſt, ad hanc vocem, capitis quarti, *συμβαίνει δὲ τῶν ἐν ἀέρι φαντασμάτων, τὰ μέν ἐστι κατ᾽ ἔμφασιν, τὰ δὲ καθ᾽ ὑπόστασιν.* In his autem non ſolum Joſephi Scaligeri, ſed etiam Danielis Heinſii agnoſco literarum formas, qui ſua manu multas harumce annotationum conſcripſit, & hoſce verſus elegantiſſimos pro ſuo more in primo folio titulum præcedente præfixit:

Εἰς τὸ περὶ κόσμου βιβλίον.

Ἄτλαντι μεγάλῳ καρτεροὺς βεβαρημένῳ ὤμους.

Ἀμπαύειν καμάτων (primo ſcripſerat *καμάτου*) *εἴπατε Πιερίδες,*

Κόσμος ὅτι τροχόεντι σὺν οὐρανῷ ἀμφὶς ἐόντι (primo ſcripſerat *ἀστερόεντι*)

Ἄστρα τε νῦν ὀλίγου (primo ſcripſerat *τείρεα τ᾽ αὐτὰ μιᾷ*) *Χειρὶ περιστρέφεται. ὁ Εἰνσιάδης.* In prima autem pagina hujusce Exemplaris legitur, ſum *Wilelmi Goes.*

Geſsnerus in Oratione ſupra laudata p. 17. memorat *Caſtigationes doctiſſimas, neſcio cujus*, inquit, *in Phyſicos Ariſtotelis libros.* Has notatas N°. XII, 2. chartæ manu ignota inſcriptas, & volumine in 8°. comprehenſas, deprehendi factas fuiſſe in ſplendidam illam omnium Ariſtotelis Operum Editionem, quæ, ut in fine primi voluminis legitur, (ſunt autem ſex in folio) *exſcripta eſt Venetiis manu flammea, in domo Aldi Manutii Romani & Græcorum Studioſi, menſe Februario* M. III. D. Hic in hujusce Editionis Epiſtola nuncupatoria Albertum Pium Carporum Principem, & Johannis Pici Mirandulæ Sororis filium, quem a teneris unguiculis informaverat, ſic alloquitur: „Non modo „adſidue adjuvas Provinciam noſtram „opibus tuis, ſed agros quoque ferti„liſſimos ampliſſimosque te mihi do„naturum palam dicis. Imo oppidum „amœnum ex tuis ita meum futurum „polliceris, ut in eo æque ac tu jubere „poſſim: quod facis ut bonorum libro„rum & Latinæ & Græcæ commodius „faciliusque a me ibi fiat omnibus co„pia, conſtituatur etiam Academia, in „qua, relicta barbarie, bonis litteris „bonisque artibus ſtudeatur.“ Quod

Digitized by Google

quidem præſtitiſſet liberaliſſimus ille Princeps, niſi poſtea variis fortunæ caſibus jactatus, & tandem ſuis ditionibus omnibus exutus, quinquagenario quinquiennio major, quibusdam ingenii monumentis relictis, in exſilio Lutetiæ Pariſiorum obiiſſet: de quo vide Ungerum in libro ſingulari de Aldi Pii Manutii Romani vita meritisque in rem litterariam p. 10. & ſeqq. Vitembergæ 1753. 4°. aucto cura & ſtudio Samuelis Lutheri Geret, qui in præfatione p. 5. tradit ſe habere Arnobii Editionem Schurzfleiſchii & Begeri notis Manuſcriptis inſtructam.

Illæ autem noſtri Anonymi Emendationes ſcriptæ ſunt, primo in librum Galeni περὶ φιλοσόφου ἱστορίας, qui in Aldina Editione Ariſtotelicis operibus præfixus eſt, deinde in libros Ariſtotelis φυσικῆς ἀκροάσεως, ἢ περὶ φυσικῶν ἀρχῶν, περὶ κινήσεως, *de cælo & mundo*, *de generatione & corruptione*, *meteorologicorum*, nec non & Theophraſti *de ventis*, *de ſignis aquæ*, *de plantis*, *de cauſſis plantarum*, qui in Aldina Editione Ariſtotelicis adjuncti ſunt, in Ariſtotelis libros *de Hiſtoria animalium*, *de anima*, *de ſenſu & ſenſili*, *de memoria & reminiſcentia*, *de ſomno & vigilia*, *de inſomniis*, *de divinatione per ſomnum*, *de communi animalium motione*, *de longitudine & brevitate vitæ*, *de juventute & ſenectute*, *vita & morte*, *reſpiratione*, *Phyſiognomicorum*, *de lineis inſecabilibus*, *de vertigine*, *& partibus animalium*. Quod autem demonſtrat haſce caſtigationes non ex ingenio natas, ſed e Codicum collatione ortas, ignotus earum Auctor nihil inveniſſe ſe monet in libris *de ſpiritu*, *de coloribus*, *de mirabilibus auſcultationibus*, *de Xenocrate*, *de Zenone & Gorgia*, *de piſcibus*, *de odoribus & ſudoribus*. Cæterum omnes fere illæ emendationes in Pariſienſem Guillelmi Duvallii Editionem receptæ ſunt.

In eadem Bibliotheca Ducali reperitur N°. XXXX, 10. aliud Ariſtotelis Operum Exemplar ex Editione Baſileenſi *per Jo. Bebium & Mich. Iſingrinium* MDL. fol. in cujus prima pagina pura titulum præcedente, legitur, *emptus anno a Chriſto nato* 1553. *Calendis Januarii aureis arnenſibus* 14. deinde titulo ſubſcriptum eſt, ἐκ τῶν τοῦ Εἰνσίου, quod & appoſitum eſt in fronte illius Taciti in eadem Bibliotheca ſervati, cui Nicolaus Heinſius, qui forte cum a patre ſuo Daniele acceperat, quasdam adſcripſit Emendationes quarum meminit Erneſti p. 46. præfat. ſuæ ſecundæ Edit. Tacit. Lipſ. 1772. In fine hujuſce Ariſtotelicæ Editionis leguntur diverſi verſus Græci a Daniele Heinſio effuſi, & poſtea ejusdem manu ſæpius immutati & correcti, imo ibidem Index librorum in auctione Joſephi Scaligeri comparatorum ſic exhibetur:

Dionyſius Areopagita β 3—19.
Herodotus β 5—6.
Epiſtolæ familiares β, —18.
Baſilii Exhortationes β—1—11.
Theocritus cum Scholiis.
Anthologia Græcorum Epigrammatum.
Oeuvres Despoſtes β—11.

Ad marginem paſſim occurrunt ejusdem Danielis Heinſii annotationes, in quibus nihil fere aliud reperitur, niſi lemmata & tituli & indicatio rerum maxime memorabilium, quæ in Ariſtotele occurrunt.

Nec multo major utilitas colligi poteſt ex amplioribus quidem, ſed ejusdem fere generis annotationibus quas idem Daniel Heinſius allevit ſuo Exemplari Operum S. Gregorii Nazianzeni, excuſo Baſileæ apud Joh. Hervagium 1550. fol. in cujus prima pagina pura & in eam ſubſequente ac titulum præ-

ferente, legitur *Alexandri Glaſeri* Vartebergii, & *ἐκ τῶν τοῦ Εἰνσίου*, quodque in Vinarienſi Bibliotheca notatur N°. VIII, 53.

In eadem Bibliotheca conſpicitur N°. XI, 1. Euclides ex prima Editione Græca quam Baſileæ apud Joh. Hervagium 1533. fol. publici juris fecit Simon Grynæus. Hoc Exemplar primum fuit *Joachimi de Porris*, deinde Joſtelii qui illius oram emendationibus & annotationibus inſtruxit.

Ibidem N°. XVI, 7. Κλαυδίου Πτολεμαίου-μαίου *μεγάλης συντάξεως βιβλία ιγ', καὶ Θέωνος Ἀλεξανδρέως εἰς τὰ αὐτὰ ὑπομνημάτων βιβλία ια*, Baſileæ apud Jo. Walderum 1538. fol. quam Editionem Henrico VIII. Anglorum Regi dicavit idem Simon Grynæus, qui hunc principem *Sidereorum motuum callentem* vocat. Hoc Exemplar in prima pagina titulum præferente, præfixum habet nomen Nic. Eyringii, & deinde Jacobi Chriſtmanni, cum hac ſententia, *πάντων μέτρον ἄριστον*, & ſupra, *ſum Wilelmi Goes.* Jacobus autem Chriſtmannus ad oram latine indicavit res maxime notandas & Æras celebriores, quæ in hoc opere occurrunt, antiquam Verſionem Latinam ex Arabica ductam interdum contulit, deficientia in hoc ſuo Exemplari & avulſa a p. 29. usque ad p. 33. propria manu ſupplevit, & in fine exaravit *applicationem Æræ Perſicæ ad annos mundi & Chriſti, juxta opinionem Græcorum, deſumptam ex Iſaaci Monachi Argyri in Canones Perſicos exegeſi, quæ, inquit, MS. extat in Bibliotheca Palatina*, tribus paginis comprehenſum. In primam paginam quæ titulum præfert, annotavit, *Theonis Commentarios eſſe in primum & ſecundum librum, in reliquos libros qui exſtant, Commentarios eſſe Nicolai Kabaſillæ* (Kabaſilæ ſcribere voluit) ut, inquit, appa-ret pagg. 130 & 131. Infra tamen addit *ſextum Commentarium eſſe Theonis, in quo*, ait, *ipſe citat προχείρους κανόνας τῆς ἀστρονομίας a ſe elaboratos.*

In eadem Bibliotheca N°. XXXVII, 57. exſtat Exemplar Heſychii excuſum Hagenoæ in ædibus Thomæ Anshelmi Badenſis anno 1521. de qua Editione vide Cl. Alberti in præfatione ſuæ p 7. Huic Exemplari adſcriptum eſt, *Michaelis κτῆμα Crameri, δῶρον Johannis Philippi Parei, anno* 1620, 13. *Maji Neuſtadii.* Multas hujusce Exemplaris margini annotationes & emendationes adſcripſit Michael ille Cramer, quarum nonnullæ non ſpernendæ ſunt: Sed a futuro Heſychii Editore, doctiſſimo Chriſtiano Daniele Beck, multo utilius conferri poſſet unicus ille Codex ex quo Heſychii Lexicon editum fuit, cujusque in Veneta S. Marci Bibliotheca ſervati ſpecimen dedi in fine meæ Diatr T. II. Anecd. Græc.

Stratonis aliorumque veterum Poëtarum Græcorum Epigrammata e Codice Bibliothecæ Ducalis Vinarienſis primum edita fuiſſe, Altenburgi 1764. a Chriſt. Adolpho Klotzio, nemo ignorat, ut & Johann. Conradum Schwarz ſuæ Theophraſti Characterum Editioni Gr. Lat 4°. Coburgi 1739. inſeruiſſe Buchneri notulas in hunc libellum, quas in eadem Bibliotheca ſervatas a Gesnero acceperat.

Omnino autem legendæ ſunt doctiſſime Johannis Gottlobi Samuelis Schwabe, Buttſtadienſis Scholæ Rectoris, Animadverſiones Criticæ in Anacreontis carmina Vinariæ 1778, in 4°. ubi loquitur de Anacreontis Editione a Tanaquillo Fabro Salmurii 1660, in 12°. curata, quam e Bibliotheca Ducali Vinarienſi mutuam acceperat, & in qua, ut ipſius verba uſurpem, *quædam Anacreontis & Sapphus anecdota reperit, manu*

Digitized by Google

viri docti, *neſcio cujus*, *ſcripta ac deprompta*, *quemadmodum Inſcriptiones teſtabantur*, *partim ex antiquiſſimo Voſſii Codice*, *partim ex Anthologiis*, *cum Menagiana*, *tum Voſſiana*.

Idem Cl. Schwabe in egregia Diſſertatione Germanica de vita & geſtis Johannis Guillelmi Ducis Saxo-Vinarienſis tradit hodiernam illam Bibliothecam Ducalem a Sereniſſima & ſupra omnes omnium laudes poſita Anna Amalia, Sereniſſimi Caroli Auguſti nunc feliciter regnantis, matre, ſplendide & eleganter exſtructam fuiſſe in eo loco quod prius dicebatur *Palatium Gallicum*, nempe quia illud ædificandum curaverat fortiſſimus ille nec non & Gallicæ gentis addictiſſimus Dux Vinarienſis, Johannes Guillelmus, Johannis Friderici, Saxoniæ Electoris, filius. Hic in Gallia ſtrenue & magna cum laude militavit ſub Henrico ſecundo, Franciſco ſecundo, & Carolo Nono. Henricus ſecundus, cui cum Philippo Hiſpaniæ rege bellum gerenti 2000. *Reitros* ſic dictos Socios adduxerat, cum 2001. Equitibus præfecit, eique Comitatum *de Chatillon ſur Seine* dono dedit. Idem Joh. Guillelmus, cum Eliſabethæ Britannorum Reginæ nuptias meditaretur, Londinum petiit, Carolum nonum cum ſuis Huguenotis anno 1567. bellantem, 5000. *Reitrorum* auxilio juvit, plurimaque fortitudinis & amoris erga Regnum Galliæ ſpecimina dedit. In hujus Hiſtoria conficienda Cl. Schwabe præter Hiſtoriam Thuani T. I. p. 697. Belleforeſt *Croniques & Annales* p. 595. *Commentaires de Montluc* T. I, p. 671. *Mémoires de Caſtelnau* T. I. c. 9. p. 215, 216. T. II. c. 10. p. 542. &c. multos Gothanæ Bibliothecæ Codices Manuſcriptos adhibuit. Quantum autem debeat Gallia Saxo-Vinarienſibus Ducibus & heroibus egregie declarabit magni illius Bernardi Saxo-Vinarienſis Ducis Hiſtoria quam parat Cl. Gothe.

Inprimis, inquit Matthias Geſnerus p. 25. Orationis ſupra memoratæ, commemorari debuit Theocritus Commelinianus, cum Manuſcriptis Codd. a doctiſſimo, ut apparet, viro collatus, aliisque obſervationibus auctus quam plurimis. Hoc autem Exemplar Editionis Hieronymi Commelini A°. CIↃ IↃ XCVI. quod ego tractavi, collatum fuit, ut in fronte legitur, cum Florentina Editione excuſa anno 1515. a Philippo Junta, cum Romana, anni 1516. cum Veneta ex Officina Farrea 1543. cum veteri Exemplari Manuſcripto Danielis Nicolai Stopii, cum Fulvii Urſini Codice quo uſus eſt Gerardus Falckenburgius anno 1567. e Bibliotheca Vinarienſi, cujus cuſtos tunc erat Bartholomæus, hoc ex Editione Commeliniana, non autem Romana, ut immerito vocat Cl. Reiskius p. 28. Præfat. ad ſuum Theocritum, Exemplar utendum accepit, doctiſſimus ille Geoponicorum Editor, Cl. Johannes Nicolaus Niclas, qui in ſuo *ſpecimine Theocriteo* Luneb. 1762. 4°. & harumce lectionis Varietatum, & annotationum docti Anonymi ſpecimen dedit, atque aliud ibidem p. 8. memorat Exemplar Editionis Romanæ 1516. in eadem Bibliotheca ſervatum (& a Cl. Reiskio ad majora feſtinante cum illo Commeliniano confuſum,) cum variantibus Codicis Manuſcripti lectionibus, atque emendationibus aliquot in Prolegomena Græca & primam Scholiorum plagulam, ſtudio & manu Joſephi Scaligeri. Hoc Exemplar fuit deinde *Bonav. Vulcanii*, *ex legato Scaligeri*, deinde *Adolphi Vorſtii*, *emptum* A°. MIↃCXV. *Lugdun. Batav. in auctione librorum B. Vulcanii:* poſtea Marq. Gudius eidem inſcripſit: *emi Lugd. Bat. A.* 1664. denique legitur: CIↃ IↃCCVI. *in auctione*

Gudia-

Gudiana emptus a C. S. S. (Conrado Samuele Schurzfleiſchio) *nunc Sereniſſimi Ducis Saxo-Vinarienſis Guilielmi Erneſti Bibliotheca adſcriptus eſt, curante Schurzfleiſchio.* Idem ibid. Cl. Niclas alterum quoque memorat ejusdem Editionis Romanæ A. 1516. Exemplar ex eadem Ducali Bibliotheca, quod, inquit, bene multa quidem ſcripta ſecum afferebat, ſed puerilia pleraque, &, quod ajunt, carbones pro theſauro, ut adeo præter unam alteramque Aldinas lectiones nihil ad ſuum uſum ex iſto redundaviſſe moneat. Longe autem uberiores fructus tuliſſe ſe profitetur ex illo Commeliniano Exemplari ſupra memorato Cl. Reiskius in ſuis ad Theocritum Animadverſionibus hunc annotatorem Vimarienſem, ut vocat, cui debentur illæ emendationes & lectionum Varietatis collectio margini inſcripta, paſſim laudavit, & hinc habuit Aurati correctiones. Idem Reiskius pag. 239. Animadverſ. ad Idyll. XV, v. 50: „ Annotator Vimarienſis hæc adſcripſerat. „ *Quidam legunt* ϖάν|ες ἐρεμβοί: *quid ſi* „ *legas*, ϖάν|ες ἐρεμβοὶ, *id eſt*, *qui ad* „ *Nilum habitabant. V. Strabon. L. XVI.* „ ſic exſcripſi, pergit Reiskius, ſed neceſſe eſt ut aberraverim: Liber nunc „ ad manus non eſt. “ Scilicet Annotator Vimarienſis ſcripſerat: „ Quidam „ legunt ϖάν|ες ἐρεμνοί: quid ſi legas, „ ἐρεμβοὶ &c.

Idem Cl. Reiskius ex eadem Bibliotheca Ducali a Cl. Bartholomæo utendum accepit exemplum Editionis Aldinæ Demoſthenis operum quod e Marquardi Gudii in Schurzfleiſchianam, & hinc in Vinarienſem venit Bibliothecam, cujus oræ multæ lectiones variæ adſcriptæ erant, & de quo vide ipſummet Reiskium p. 73. præfat. Vol. primi Orator. Græcor.

A. Buchneri & C. S. Schurzfleiſchii quasdam Obſervationes in Scriptores rei ruſticæ veteres Latinos, e Bibliotheca Vinarienſi deſumptas, Editioni ſuæ inſeruit Gesnerus.

In eadem Bibliotheca ſervantur & lucem publicam qua digniſſimæ ſunt, aſpectant, ab Henrico Leonardo Schurzfleiſchio prælo paratæ doctiſſimæ Caſparis Barthii & Conradi Samuelis Schurzfleiſchii Animadverſiones ad *Gloſſaria*, *Gloſſas Iſidori*, *Colloquia vetera Scholaſtica*, *Gloſſas Arabico-Latinas*, &c. accedentibus Obſervationibus quibusdam Gregorii Bersmanni & Chriſtiani Daumii, cum præfatione ejusdem Henrici Leonardi Schurzfleiſchii, 2. Vol. fol. vtinam exoriatur aliquis vir doctus qui hiſce egregiis inſtructus Animadverſionibus novam Gloſſariorum Editionem curet. Hinc habuit Jo. Ern. Imm. Walchius notas illas & emendationes ad Iſidori Gloſſas, quas Societatis Latinæ Jenenſis Actorum Volumini tertio p. 252. & ſeqq. inſeruit.

In eodem ejusdem Societatis Latinæ Jenenſis Actorum Volumine tertio p. 115. & ſeqq. quod obiter monendum, legitur egregia Cl. Chriſtiani Guil. Franc. Walchii *de Maſſilienſib. trilinguibus* commeutatio, in qua demonſtratur celeberrimam illam Nationem, Athenienſium æmulam, quæ Græcæ linguæ uſum tamdiu retinuit, ut ſeculo a partu virginis ſexto non ſolum viri ſacri ordinis, ſed etiam *laicorum popularitas*, quod legitur in vita S. Cæſarii a Joh. Mabillonio *Act. Sanctor. Ord. Benedictin.* edita T. I. L. I. C. II. Græcum adhiberet Sermonem, & in templis divina oracula Græce explicarentur & Græca Carmina canerentur, olim ſimul uno eodemque tempore, tres uſurpaviſſe linguas vernaculas, Græcam, Romanam & Gallicam, ſeu Celticam: Unde a Varrone, apud S. Hieronymum *præfat.* L. 2 *Commentar in Epiſtol. Pauli ad Galatas* T. III. Oper. Part. I. p. 254. Ed. Martianæi, & Iſido-

Digitized by Google

rum Hiſpalenſem *Origin.* L. XV. c. 1. inter Gothofredi *Auctores Latinæ linguæ* p. 1188. *trilingues* dicti ſunt Maſſilienſes, *quod & Græce*, *inquit*, *& Latine & Gallice loquantur*. Cum Cl. Chriſt. Guil. Franc. Walchio in Actis Academiæ Pariſienſis Inſcriptionum p. 720. T. II. Edit. in 12°. Lutet. 1770. utiliter conferri poterit compendium cujusdam operis Abbatis de Guaſco, inſcriptum, *vues générales ſur le temps où les Arts s'introduiſirent chez les Volces*, qui Occitaniam incolebant. Hinc ante aliquot annos conſultus a Cl. Groſſon, meo in Academia Maſſilienſi ſocio chariſſimo de interpretatione cujusdam antiqui numismatis Maſſilienſis, quo diſerte legitur OKTPT, reſpondi hanc vocem quæ Græca eſſe non poteſt, Gallicæ, quam Maſſilienſes & eorum accolæ uſurpabant linguæ, vindicandam, Græcis litteris exaratam fuiſſe, quod iis uterentur Galli, teſtibus Cæſare & Strabone.

Multo difficilius conjici poteſt quid ſibi velit Inſcriptio detecta inter Herculaneuſia rudera, nec non a Winckelmanno publici juris facta, atque repræſentata in *Actis Eruditorum* ann. 1762. p. 559. cujus tamen literarum formæ proxime accedere mihi videntur ad arcanum illorum Alphabetum qui vulgo dicuntur *Francs Maçons*, quodque exhibitum eſt p. 143. libri inſcripti *les plus ſecrets myſteres des hauts grades de la Maçonnerie devoilés* 1768: nam ego ἀμύητος, nec illorum ſacris initiatus. Certe Cl. Goelhert, olim Ratisbonenſis Magiſtratus Aſſeſſor, nunc autem Holſatiæ Ducis ab Aula Conſiliarius, hujusce Alphabeti multo antiquioris quam vulgo creditur, ope atque auxilio primus legere & interpretari valuit Inſcriptionem exaratam in tumulo cujusdam Petri Jacobi Kilderori, Ratisbonenſis Diaconi, & ſepulti in ejusdem Civitatis Eccleſiæ Cathedralis ſepulchreto 16. Novembr. ann. 1580. de quo vide Ratisbonenſes Ephemerid. (*Gazettes*) Maji 1774. N°. 5. & p. 158. & 159. *des Tablettes fantaſtiques*, *ou Bibliotheque très particuliere pour quelques pays*, *& pour quelques hommes*, *par l'Auteur du Mémorial du Mondain*, id eſt, Comite Maximiliano de Lamberg, Deſſau 1782. niſi quis credere malit hanc Kilderori Ratisbonenſem, ut Chyndonactis Divionenſem, & Herculanenſem a Winckelmanno editam, ſpuriam eſſe & ab homine qui fumum vendere & jocari voluit, multo poſtea confictam, quod & fortaſſe quis ſuſpicari poſſet de ſingulari illa Inſcriptione anno 1743. inter Herculanenſia rudera reperta & anno 1760. a Cl. Pratilli publici juris facta T. II. p. 34. *delle pitture antiche di Ercolano*, & hinc a nobis repræſentata p. 267. Tomi ſecundi noſtrorum *Anecdotor. Græcor.* Saltem illius accentuum ſpirituum & literarum forma longe recentiorem manum prodere videretur. Bimardina autem Inſcriptio βυστροφηδὸν exarata & a Cl. Bimard de la Baſtie edita in Diſſertatione prima p. 18. Col. 35. Tom. primi. Novi Theſauri Murator. cujus fidem in dubium vocaveram in quadam annotatione ad p. 169. Tom. ſecund. Anecdotor. Græcor. fretus auctoritate Maffeji T. I. p. 19. præfat. Veterum Inſcription. novi Theſauri Luccæ 1775. a Sebaſtiano Donato editi, inter Fourmontii junioris ſchedas & Inſcriptiones e Græcia allatas, nunc in Regia Bibliotheca Pariſienſi ſervatas, reperitur, de quo me per litteras certiorem fecit ſummus vir, Abbas Barthelemy. Sed e diverticulo in viam.

In fine ſecundi Voluminis Manuſcripti & ad Editionem a Cl. Henrico Leonardo Schurzfleiſchio parati, in quo continentur Conradi Samuelis Animadverſiones ad Gloſſaria a Vulcanio edita, re-

periuntur & ejuſdem Conradi Samuelis Obſervationes in Herodotum ex Edit. Gal. in quibus Interpretis Latini errores notat, loca parallela confert, varias Criticorum quos ſedulo triverat, animadverſiones repræſentat. Weſſelingius in præfat. ſuæ Edit. Jo. Ern. Imm. Walchio debere ſe profitetur ceras minutulas ejusdem eruditiſſimi, ut vocat, Conr. Sam. Schurzfleiſchii ex Gothana Bibliotheca deſcriptas, in quibus doctorum virorum, Bocharti, Fabri, Valeſii, Voſſii, & aliorum de Herodoto non male meritorum, indicia.

Ejusdem generis, ſed multo copioſiores & frequentiores ſunt illæ in Pauſaniam Animadverſiones quas conſcripſit idem ille vir immenſæ lectionis & vere πολυίστωρ Conr. Sam. Schurzfleiſchius, quaque altero volumine in folio comprehenſæ, & ad Editionem qua dignæ ſunt, ab eodem ipſius fratre Henrico Leonardo paratæ, in Bibliotheca Ducali ſervantur. Accedunt Petri Fabri notæ integræ, ut & Johannis Bourdelotii, ſive eæ ſint Iſaaci Caſauboni, & Petri le Loyer, ac Joachimi Camerarii Obſervationum in Pauſaniam ἀποσπασμάτια, cum præfatione Henrici Leonardi Schurzfleiſchii, qui immerito Petro Loyerio tribuit opus Lavateri de ſpectris, quique neſcire ſe fatetur quis vir fuerit ille Petrus le Loyer, cujusque dignitatis aut eruditionis: at vero de hoc eruditiſſimo viro, & egregio pro ſua ætate Poeta Gallico, ſed prorſus delirante, quem neſcio cur Colomeſius in ſua Gallia Orientali omiſerit, præter alios bene multos, vide Bayle Diction.

In eadem Bibliotheca ſervantur N°. XIX, 10. & XIX, 11. duo Exemplaria Thucydidis, ex Editione in folio quam Venetiis A° 1502 Aldus dicavit Danieli Rainero, Patricio Veneto ex illa nobiliſſima gente cui Venetiæ debent, ſuum Sereniſſimum & eloquentiſſimum Ducem nunc Regnantem, Paulum Rainierum, quem de Platone cujus & amantiſſimus & ſtudioſiſſimus eſt, præclare differentem magna cum voluptate audire me memini. Danielem autem Rainerum ſic alloquitur Aldus: „Non ſolum in via, quoties tibi ſio obviam, „hortaris me, ut nec duris hisce temporibus cedens, nec laboribus ullis „ſuccumbens, conſtanter ac fortiter, „ut cœpi, pergam, ſed etiam confers „te ſæpe in ædes noſtras, quidnam vel „Latine, vel Græce, vel etiam Hebraice, (in tribus enim his linguis edoctus es) excudatur, viſurus. Taceo „quanto mihi adjumento ſis, tuos & „Græcos & Latinos commodando libros, admonendoque ut id maxime „imprimendum curem, quod ſtudioſis „ſummæ utilitatis futurum putes: nec „quivi unquam in te vel minimum Invidiæ deprehendere, quod mea opera „& labore bonæ literæ publicantur, ut „quosdam puſillanimes & bibliotaphos „novi.“ Utriusque Exemplaris margine eædem fere voces notabiles in Thucydide occurrentes, ſuis quæque locis allitæ ſunt, imo & nonnullæ interdum emendationes, ut, exempli gratia, L. 3. 192. Ed. Dukeri, in his verbis e concione Cleonis, ὁ γὰρ μὴ ξὺν ἀνάγκῃ τι παθὼν, χαλεπώτερος διαφυγὼν τοῦ ἀπὸ τῆς ἴσης ἐχθροῦ, ad marginem Exemplaris XIX, 10. in quo omnes eædem quæ in Exemplari XIX, 11. ac præterea plures aliæ annotationes, legitur τοῦ ἀπὸ τῆς ἥσσης ἐχθροῦ.

Cum plurimis annotationibus oræ inſcriptis, quibus res præcipuæ in Thucydide occurrentes, Latine indicantur, nec non & cum quibusdam, ſed pauciſſimis admodum nec illis magni momenti, emendationibus in eadem Bibliotheca reperitur N°. XIX, 36. aliud Thucydidis Exemplar quod gr. fol. cum ſcholiis. apud Bernardum Juntam ex-

Digitized by Google

cudendum curavit Antonius Junta, qui & rariſſimam ac paucis viſam Homeri Editionem Venetiis 2. Vol. in 8°. in Officina Lucæ Antonii Juntæ anno 1537, menſe Martio, dedit, & hæc habet in Epiſtola ad Lectorem: „ Illud ſcias, „quod alias Florentiæ hunc eumdem „emendavimus Poëtam, atque ut potui- „mus, pro eo tempore purgatum, ad „communem emiſimus utilitatem. Nunc „vero nacti Venetiis vetuſta & magis „fide digna Exemplaria, hunc rurſus „caſtigatiorem & pene dixerim abſolu- „tum imprimendum curavimus.... „Scio equidem, & tu re ipſa id cognoſ- „ces, te neque purgatiorem, neque „emendatiorem antehac habuiſſe nul- „lum.“ (Sic) in fine illius Editionis Thucydideæ legitur, *Florentiæ apud Bernardum Juntam, anno ab Incarnatione domini milleſimo quingenteſimo ſexto*, ubi, operarum vitio, omiſſum viceſimo, cum ſupra habeatur: *ἐν τῇ Φλορεντίᾳ παρὰ Βερνάρδῳ τοῦ Ἰούντα, ἔτει ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ γενέσεως χιλιοστῷ πεντακοσιοστῷ τε καὶ εἰκοστῷ ἕκτῳ.*

Henricus Leonardus Schurzfleiſchius in *notitia Bibliothecæ Principalis Vinarienſis* conſcripta juſſu Ducis Wilhelmi Erneſti, ipſius conditoris, & edita Vitembergæ 1712. fol. nihil aliud dedit, niſi Claudii Salmaſii in *Chronicum Hieronymi Latinum varias Lectiones & Emendationes e quatuor Palatinis Codicibus olim erutas, & tunc primum cum Eruditis ex Vinarienſi Bibliotheca communicatas, tum & ad Chronicum Euſebii Græcum & alterum Paſchale caſtigationes & animadverſiones e ſchedis fratris auctas & locupletatas.*

In eadem Bibliotheca habentur Pſeudo-Dionyſii Areopagitæ *) Opuſcula Græce in ædibus Philippi Juntæ Florentiæ in 8°. excuſa A°. 1516. notata N°. V, 64. in quorum primà pagina pura titulum præcedente, legitur G. Cardinalis Contarenus, cujus manui Geſnerus p. 24 Orationis ſupra laudatæ, eas tribuit emendationes quæ hujusce Exemplaris oræ adſcriptæ ſunt.

In eadem Bibliotheca N°. V, 6, 7, & 8. veteres Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Scriptores, ex Editione Henrici Valeſii, tribus voluminibus in folio cum Stephani le Moyne notulis ad marginem appoſitis.

Buchneri notulæ adſcriptæ ad oram Euripidis *Tragædiæ, Phœniſſarum*, emendatæ ex *Manuſcriptis & Latinæ factæ ab Hugone Grotio Pariſiis* 1630, notatæ in Bibliotheca Ducali N°. XXXVIII, 31. nullius uſus eſſe poſſunt, nec majoris ejusdem Buchneri notulæ Manuſcriptæ ad Catullum, Tibullum & Propertium ex Editione & cum notis Joſephi Scaligeri in Bibliopolio Commeliniano 16.0. & ad Phædrum, ex Editione Cunradi Rittershuſii, Lugduni Batavorum, ex Officina Plantiniana CIↃ IↃ IIC qui cum Catullo Tibullo propertioque compactus in Ducali Bibliotheca ſervatur N°. XXXVIII, 109. Catulli Tibulli propertiique primæ paginæ hæc inſcripſit Buchnerus: „De transpoſitionibus Sca- „ligeri in his Poëtis illud Bionis Idyl- „lio VI. uſurpare poſſis:

Κρίνειν οὐκ ἐπέοικε θεήια ἔργα βροτοῖσι·
Πάντα γὰρ ἱερὰ ταῦτα καὶ ἅδέα. —

Nec multo magis prodeſſe poſſunt Caſparis Barthii annotationes Manuſcriptæ ad aliud Exemplar Catulli, Tibulli, & Propertii, ex eadem Editione Commeliniana, ſervatum in Bibliotheca Ducali N°. XXXVIII, 111. In his quæ incauto Bibliopegi cultro ſæpe mutilatæ ſunt, Barthius quædam veterum Scriptorum parallela loca, aut quasdam re-

*) De vero horumce operum Auctore vide ingenioſam doctiſſimi la Croze conjecturam, *Hiſtoire du Chriſtianiſme d'Ethiopie* L. I. p. 10. & ſeqq.

centiorum Criticorum Animadverſiones indicat.

Præterea Geſnerus in oratione ſupra laudata p. 23. & 24. memorat ejusdem Auguſti Buchneri, cujus tota fere Bibliotheca in Schurzfleiſchianam, & hinc in Ducalem commigravit, ad Tertullianum, ad Plautum, Virgiliumque Taubmannianos, ad Poetas Chriſtianos Fabricii, ad Terentium Mureti, ad Heinſii Horatium, ad Statium, Juvenalem, Silium, Obſervationes quas vocat auctore ſuo digniſſimas, ut & Caſparis Barthii ad Senecæ aliorumque Tragœdias Latinas Editionis Heinſianæ, Jo. de Laet ad novum orbem a ſe editum emendationes, & adjectiones minime ſane, inquit, contemnendas, Stephani le Moyne ad Salmaſium *de primatu Papæ*, Waſerum *de antiquis nummis Hebræorum*, Maimonidis *Portam Moſis* a Pocockio illuſtratam, Davidis Ganz *Chronologiam* a Vorſtio editam, Squropuli *Hiſtoriam Concilii Florentini* notas plurimas, quas inſpicere mihi non vacavit, ut nec emendationes ad *Fragmenta veterum* Poetarum, ad Cenſorinum Editionis Lindebrogianæ, & ad Terentium, quæ ultimæ petitæ ſunt ex Argentoratenſi Codice, Gesnero memoratas p. 2[illegible]. & ultra octoginta Volumina Manuſcripta quibus Conradus Samuel Schurzfleiſchius vel hiſtoriam omnium temporum illuſtravit, vel ex hac ipſa civilem prudentiam inſtruxit, vel linguam & Antiquitates Græcorum Romanorumque inexplicavit.

De ineditis Iſaaci Caſauboni & Martini Lutheri Animadverſionibus jam locutus ſum in mea ad Cl. Wielandum Epiſtola, in qua exhibui lectionum in Odyſſeam varietates, quas potius Danielis quam Nicolai Heinſii manu deſcriptas fuiſſe hodie cenſeo, cum utriusque literarum formas melius perſpectas & longiore uſu & comparatione cognitas habeo. Certe in Catalogo Bibliothecæ Petri Burmanni ſecundi indicatam video N°. 3743. p. 43. Iliadem Græce Pariſ. apud Turnebum 1554. cum MSS. Danielis Heinſii.

In eodem ejusdem Burmannianæ Bibliothecæ Catal. hæc reperio: „p. 26. „N°. 2640. Nonni Dionyſiaca Græc. „G. Falkenburgii Antwerpiæ 1569. „Exemplar hoc repletum eſt autographis adnotationibus Dan. Heinſii, qui „etiam Gerard. Falkenburgii nonnulla „litera F notata, ex ejus libro adſcripſit. „2641. — Græce ejusdem ibid. 1569. „cum plurimis adnott. MSS. Salmaſii. „2642. — Græce ejusdem ibid. 1569. „cum adnotation. Dan. Heinſii, a P. „Francio Margini adſcriptis. 2643. — „Gr. ejusdem ib. 1569. cum MSS. Thiballier.

Et p. 44. N°. 3770: „Nonni Dionyſiaca Gr. & Lat. cum not. P. Cunæi, „Hanov. 1610. quæ huic Exemplari „adſcripta leguntur, deſumpta ſunt ex „libro Biblioth. Leidenſ. ad cujus marginem Ger. Falkenburgius manu ſua „infinita emendaverat.“

Videant recentes horumce librorum Poſſeſſores utrum Danieli Heinſio tribuendæ ſint illæ in Nonnum Anonymi doctiſſimi Emendationes quas e meo libro excerptas, in mea ad Sereniſſimam Annam Amaliam Epiſtola publici juris feci. Atque utinam exſiſtat aliquis, qui hiſce omnibus ſubſidiis inſtructus, novam hujusce eruditi magis Autoris quam boni Poetæ Editionem curet.

In eadem Vinarienſi Bibliotheca ſervatur N°. XXX, 6: 20. Dioſcoridis Editio, Baſileæ, ex ædibus Johannis Bebelii, anno 1529. in 4°. curante Jano Cornario Zuiccavienſi, qui eam *illuſtriſſimo Principi ac Domino Joanni Friderico, Saxoniæ Duci, Provinciali Thuringiæ Comiti, Miſniæ Marchioni*, dicavit. Hujusce Exemplaris margini

elegantiſſima ſed ignota manus hominis indocti, qui accentuum regulas ignoraret, varias allevit lectiones, quarum eas hic deponam quæ nec in Juni Antonii Saraceni Editionis texto, nec in ejuſdem ora leguntur.

Pag. 4. Ed. Saraceni φυλοῤῥοεῖν lege φυλλοῤῥοεῖν. p. 6. c. 2. ὁ δὲ χυλὸς ἐγχριόμενον τῆς ῥίζης, ubi additum ῥίζης, quod in Editione Saraceni deeſt. Ibid c. 3. ad hæc καὶ τοῖς φύλλοις ἀνήθῳ, alii ἀνίσῳ, (quod eſt ipſummet vocabulum Gallicum. Ad hæc δίσηχύ πᾶ ἀναβᾶνον: Oribaſius non legit πᾶ, ſed, ὡς τὰ πολλά, *ut plurimum*. c. 6. p. 8. πρὸς Συρίαν: legendum omnino Συραστήνην. Ib. pro Συριακῆς emendat Συραστηνιακῆς. C. 7. p. 9. γεννᾶται δὲ καὶ ἐν τῇ Ἰσ͂ρίᾳ, ubi καὶ omiſſum in Edit. Saracen. Ibid. Συραστηνιάκη, pro Συριακή. C. 9. p. 10. πυκνότερα δὲ πολλῷ.) alii μαλακώτερα, Ib. Ἰνστίνη. nonne potius Βεστίνη. Ibid. p. 10 c. 9 φύλλα δὲ ἐλαφοβόσκῳ.) nonnulli ἐλλεβόρῳ. Ibid. πρὸς τὰ τοῦ ναρκίσσου.) alii νάρδου. Ibid. p. 11. c. 11. poſt hæc, ῥάβδον παχύφλοιον, addit, ὥσπερ ἄγνου. p. 13 c. 13. ἀπολέγου δὲ τὸ λευκόν.) alii ἀπεκλέγου. p 14. c. 14. οὐ πεπιλημένον.) οὐ προεκπεπεσμένον, p 16. c. 17 ἐν Ἰνδίᾳ.) Συρίᾳ. Ib c 18 λευκοῖς, ἢ πυρακάνθης.: λυκίου, ἢ πυξακάνθης. C. 19. p. 18. ξυλώδες, ἄνοσμον εὔοσμον. C. 20. p. 9 σπλάγχνον.) σφάγνον. C. 28 p. 22 ἄντωθεν δὲ παχυτέραν.) πλατυτέραν. C 103 p. 55. ὁ μέν τις κυάμου μέγεθος εὑρίσκεται, pro καρύου quod in Ed Cornar. at in Ed Saracen. κατὰ καρύου Ποντικοῦ μέγεθος. C. 104 p. 55. ὅμοιον κυπαρίσσῳ.) μυρίκῃ. Ib. τὸ δ' ἕτερον μυρίκῃ,) κυπαρίσσῳ. C. 106. p. 57 ἡ δὲ πλατυτέρα.: τραχυτέρα. C. 114. p. 60. ad hæc ἄλλος δὲ συριγγίας, πολύσαρκος, annotatum eſt: Theophraſtus, κοῖλος, *inanis*. C. 117. p. 61. ἐρείκη δένδρον.) φυτόν. C. 121. p. 62. καὶ λιγνυώδες.) λυχνιώδες, vel λινώδες. p. 65. c 129. ἔνιοι δὲ τὰ σησάμινα.) συνάμινα. p. 79 c. 158 τὰ ἐκ τῶν στεμφύλλων συντιθέμενα.) ἐκτὸς στεμφύλων ἐσθιόμενα. L. 2 c 44. p. 98. ἐπιπλασθέντες δέ.) ἐπιχρισθέντες δὲ μετὰ ὄξους. C. 53. p. 100. poſt πυρετοῖς χρονίοις, addit καὶ περιοδικοῖς τρόμοις. C. 59. p. 101. κοιλιακὸς ὠφελεῖ.) χολικούς. C. 71. p. 103 ἕτερος δὲ ἐν Ἀπουλίᾳ, ἢ Λυδίᾳ, ubi Ἀπουλίᾳ ἢ deeſt in Ed. Saracen. C. 77. p. 105. ἢ ὑοσκυάμου.) ἀρσενικοῦ. C. 85. p. 109. σὺν οἴνῳ ὀλκῇ τριωβόλου κ. τ. λ.) ὀλκῇ τριωβόλου λαμβανομένη σὺν ὄξει, ἢ σὺν οἴνῳ, ἁρμόζει πρός. Ibid. p. 110. ἱππάκη.) ἱππιακή. p. 87. c. 111. οἱονεὶ ἀναψύχων.) ἀναλήκων. C. 93. p. 114. τῆξον καὶ ἄποθου.) πῆξον. C. 93. p. 115. ἢ μόσχιον.) ἐχίδνιον. C. 108. p. 125. σὺν μυρσίνῃ δέ, ἢ οἴνῳ.) σχοίνῳ. C. 111. p. 126. εὔστομος.) εὐστόμαχος. C. 130. p. 132. φασίολος.: φασηλος. C. 140. p. 135. ἢ ἀναξυρίδα, ἢ λάπαθον.) hic ad oram additum, ἄγριον. C. 148 p. 138. φύλλα μακρά.) μικρά. At in Edit. Sarac πολλά, λεπτά. C. 151. p. 139. πλατύτερα φυλλάρια.) παχύτερα. C. 167 p. 146. λεπτότερον δὲ καὶ πυκνότερον.) μικρότερον. C. 169 p. 146. μαράθρῳ ὅμοια.) at σελίνῳ ἐμφερῆ, ἐπ' ἄκρον δὲ μαραθρώδους. C. 192. p. 155. κλῶνας ἔχον μικρούς.) λεπτούς. C. 194. p. 157. κοπεῖσαν.) καεῖσαν. C. 210. p. 166. λευκὰ ἔχει τὰ κλήματα.) λεπτά. Cap. 217. p. 169. τῶν φύλλων ἐμφυομένας.) ῥιζῶν.

In librum tertium.

C. 6. p. 173. ἀειζώου μικροῦ ἐοικόσι.) ἀστάρου ἐοικόσι μικρά. C. 18. p. 179. poſt ἀκάνθιον, hæc ad oram appoſita leguntur: καθ' ἃ ἀραχνοειδής ἐστι χνοῦς. C. 26 p. 184. ἄβρωτα μυσὶ τηρεῖ τὰ γράμματα.) μυίαις τηρεῖ τὰ βιβλία. C. 30. p. 185. μιγέντος αὐτῷ καρδαμώμου.) καρ-

Digitized by Google

δάμυ. C. 37. p. 188. καρπὸν φέρει.) συμφέρει. p. 196. c. 54. καυλὸν δὲ λευκόν.) λεῖον, vel λεπτόν. C. 56. p. 197. δασύτερα, εὐώδη) δυσώδη. C. 60. p. 199. δριμύς.) τραχὺς, δριμὺς, ubi τραχὺς additum. C. 68. p. 201. κύμινον τὸ ἥμερον εὔστομον.) εὐστόμαχον. C. 74. p. 203. ἐμέτους κινεῖν) κινεῖν. C. 78. p. 204. λευκότερον) λαιότερον. C. 97. p. 215. δυσουρῦσι ποιεῖ) δυσουρίαν. C. 108. p. 219. ἐπ' ἄκρου τῶν ῥαβδίων.) ἐπ' ἀκρῶν. Ibid. ὠχρόν) πορφυροῦν, ἐνίοις τόποις ὠχρόν. C. 135. p. 229. τὰ ἐν μήτρᾳ θεραπεύει) καὶ ἔμμηνα ἀποκαθαίρει. C. 141. p 231. καὶ τὴν μὲν πλήρη) σκληράν. Ibid τὴν δὲ μαλακήν) μαλακωτέραν. C. 186. p. 243 ad hæc, οἱονεὶ κατάγραφος noſter Anonymus adſcripſit, *redundat*. L. IV. c. 9. p. 148. κεφάλια δέ) φύλλα καί. C. 11. p. 149. λευκὴν τῷ εἴδει) ἰνώδει &c. ex quo ſpecimine æſtimari poſſunt cæteræ lectionum varietates quarum maxima pars in Saraceni Editionis ora reperitur.

IN ORTUM

SERENISSIMI ET CELSISSIMI PRINCIPIS

CAROLI FRIDERICI,

DUCIS SAXONIÆ,

PRINCIPIS HÆREDITARII SAXONUM VEIMARIENSIUM ET ISENACENSIUM.

Omnia jam dederant Lodoicae Numina: Natus
Tantum aberat: Natum nunc Venus alma dedit.
Nulla igitur patriae aut Lodoicae vota, nec ipſis
Munera coelicolis jam ſupereſſe queunt.
Principis optati felicem cernite Matrem:
Virtutis tantae praemia digna tulit;
Effigiemque ſuam duplicari Numina gaudent,
Numina, queis ſemper Veimara cara fuit.

Digitized by Google

Ilmiades Nymphae, laeto nunc aethera cantu
Mulcete, atque novum nunc celebrate Ducem!
Surculus accreſcit, ſeramque nepotibus umbram
Facturus, veſtris lene fovetur aquis.
Di ſaevum venti rabiem prohibete, nocentes
Di prohibete imbres horriferumque gelu.
Innocuis, Zephyri, circum incunabula pennis
Ludite, et implicitis nectite ſerta comis:
Serta triumphali quondam Victoria curru
Afferet et lauros quas tulit ante Duci
BERNARDO; primis naſcenti arridet in horis
Saxonicae Heroi gentis et *Haſſiacae.*
Jamque manu fingit robuſta et grandia membra,
Brunſviaca immiſcens fulmina luminibus.
Arminii proles quam fortis ſurgit et alta?
Quae tanti creſcet corporis hoſpita mens?
Qui fragor inſolitus totam circumtonat urbem,
FRIDERICUM terris nunciat hic alium.
Eſt Deus in nobis; afflato credite vati:
In vitae Alcides limine talis erat,
Cum primo vagitu infans conterruit angues,
Praeludens hydrae, Tireſiasque Jovis
Agnovit ſobolem; talis Semelaïa proles
Fulmineos tenera combibit aure ſonos.

CECINIT
JOHANNES-BAPTISTA CASPAR D'ANSSE DE VILLOISON,
INTER ARCADAS PASTOR ARMINIVS MEGAREUS.

DIE VII FEBRUAR. MDCCLXXXIII.

IDILLION

IDILLION · AUF DIE GEBURT DES DURCHLAUCHTIGSTEN ERBPRINZEN ZU SACHSEN-WEIMAR UND EISENACH.

AUS DEM LATEINISCHEN DES HERRN VON VILLOISON, ÜBERSETZT VON WIELAND.

Alles hatte der Himmel Luiſen gegeben: ein Sohn nur
Fehlte: und einen Sohn giebt Ihr die Liebe nun auch!
Nichts bleibt Ihr, nichts bleibt dem Vaterlande zu wünſchen,
Da den Unſterblichen ſelbſt nichts zu vergünſtigen bleibt.
Heil Dir, glückliche Mutter! Dir wird die ſchönſte Belohnung
Deiner Tugenden itzt in dem erbethenen Sohn:
Mit Gefallen erblicken die Götter, die immer Dein Weimar
Liebten, ihr eigenes Bild doppelt in Dir und in Ihm.
Jauchzet, Nymphen der Ilm, dem Neugebohrnen entgegen.
Unter dem ſüſſen Geſang wachſe der Sprösling empor;
Wachſe, gepfleget von euch, an euern lieblichen Ufern
Auf, ein umſchattender Baum, künftigen Enkeln zum Schutz.
Feſſelt, o Götter, die Wuth der wilden Winde, verjaget
Ferne die Stürme von Ihm und den erſtarrenden Froſt.

Und ihr, Weſte, o ſpielet um ſeine Wiege mit ſanften
Flügeln, und windet für Ihn Kränze von Blumen und Laub.
Schönere Kränze wird einſt auf triumphierendem Wagen
Ueber des Ruhmvollen Haupt ſchwebend, die Göttinn des Siegs
Halten, unwelkbare Kränze, aus jenen Lorbeern geflochten,
Die mit Heldenblut einſt *Bernhard*, Sein Vorbild, erkauft:
Denn ſie iſt's, die des *Sachſen- und Helden-Stammes* erhabnen
Enkel zum Lieblinge ſich ſchon von der Wiegen an wählt;
Die mit eigener Hand die ſtarken Glieder Ihm bildet,
Und den Blicken voll Huld *Guelfiſche* Blitze vermiſcht.
Seht den Zweig von *Armin*, wie kräftig und hoch er emporſteigt!
Welchen Bewohner verſpricht dieſer gewaltige Bau?
O, das Donnergetöſ', das unſre Mauern umſchallet,
Kündigt der kommenden Zeit noch einen *Friederich* an!
So gebildet, ſo war, glaubt's dem begeiſterten Dichter,
Einſt, als Säugling, *Alcid*, als durch ſein erſtes Gewein
Junons Schlangen geſchreckt von ſeiner Wiege zurückfloh'n
(Jenes Lernäiſchen Siegs Vorſpiel!) und Thebens Prophet *)
Jupiters Stempel in ihm erkannte! *So* ſog einſt mit zartem
Ohre der Semele Sohn lächelnd den Donnerton ein!

*) Tireſias,

Digitized by Google

APPENDIX.

Omnia illa ſigna quibus accentus, ſpiritus, diſtinctiones, ſubdiſtinctiones, longæ & breves notantur ſyllabæ, ab Ariſtophane Byzantino, ducentis ante Chriſtum annis, primum fuiſſe inventa, tradit Salmaſius in 183. Epiſtola ad Sarravium, p. 186. novæ Editionis Epiſtolarum Sarravii, a Cl. Petro Burmanno ann. 17 1. Lugduni Batavor curatæ, quam etiam integram protulerunt Morhofius in *Polybiſtore* L I. c. 7 p 14. & ſeqq. Edit. tertiæ, & Cl. Godefridus, Abbas Gottwicenſis, in *Chronico Gottwicenſi* T. I. L I c. 1. art. VI; p. 20 & 21. Idem quoque adfirmat Iſaacus Voſſius de *poëmatum cantu & viribus Rhythmi*, p. 18. & hinc Henr. Chr. Henninius in *Helleniſmo* ὀρθῳδῷ. §. 24. Carolus Gottlob Hofmannus p 35 Edit. ſecundæ *Commentationis de genuina Græca linguæ modulatione ſive accentibus*, Lipſ. 1733. Trotz. p 246. & 262. in Annotationibus ad Hermannum Hugonem *de prima ſcribendi origine*, Joh. Nicolaus Funccius de *ſcriptura veterum* c. 9. p. 159. Chriſtianus Gottlieb Schwarzius *de ornamentis librorum* Lipſ 1756. Diſputat. ſecundæ Art 9 .p 54. *Antiquitatum Herculanenſium* Editores T. II. p 328 Cl Fiſcherus p. 87. & ſeqq. & p 97. & 98 Animadverſion ad *Grammaticam Græcam* Velleri Ed Lipſ. 1751. Cl Jo. Ern Imm. Walchius p 207 & 208. Ed II. libri *de arte critica veterum Romanorum* Jenæ 1771. & p. 120. Ed. ſecundæ *Introductionis in linguam græcam*, Jenæ 1772. Joh. Simonis p 73, 76. & 202. *Introductionis Grammatico Criticæ in linguam Græcam*, ex Edit II. Hal Magd. 1771. Struvius in *Collectaneis Manuſcriptorum* Faſc I. § 29. doctiſſimi Auctores *du Nouveau Traité de Diplomatique* T. III. p 467. 480. & 481, & ante eos Montfaucon. *Palæograph.* Græc L. I. c. 4. p 31. 33 infinitique alii. Cl. Thomas Burgeſs ſic loquitur p. 501. *Appendicis* doctiſſimæ qua novam Ricardi Daweſii *Miſcellaneorum Criticorum* Editionem a ſe curatam Oxonii 1781 ornavit: „De inventis accentibus in diverſa abie„runt viri docti. Ariſtophanem Grammati„cum accentuum, hoc eſt, ſignorum, inven„torem fuiſſe affirmat Voſſius, idque, aucto„ribus, ut ait, Apollonio & Arcadio Fidem „Voſſii ſuſpectam habet Primattius (*Accentus rediviviv* p. 46.) „At vero qui tam multa Gram„maticorum veterum opera ipſe poſſidebat, „multa evolverat Voſſius, quæ quotusquis„que hominum exſtare noverit. Et illius „etiam ipſius *Arcadii* hodie exſtat in Biblio„theca Regia Pariſienſi ineditum περὶ τόνου „τῶν ὀκτὼ μερῶν τοῦ λόγου, & quod diſſimu„lavit Primattius, ΚΑΙ ΠΕΡΙ ΕΥΡΕΣΕΩΣ „ΤΩΝ ΠΡΟΣΩΙΔΙΩΝ, QUOD LITEM „HANC FORTASSE DIRIMERE POTE„RIT.“

Ut primum hæc in Germania legi, inceſſit animum cupido inſpiciendi utrum merito ſuſpecta eſſet Iſaaci Voſſii fides, & quanam veteris Scriptoris auctoritate inniteretur vulgaris illa opinio quæ Grammatico Ariſtophani horumce ſignorum inventionem tribuit. Cum igitur me in montem Atho iter meditantem, imo vaſa colligentem, accepto jam tum quatuordecim millium librarum Francicarum viatico, quod regiæ munificentiæ & ſummi illius Comitis de Vergennes apud hunc commendationi debebam, Lutetiæ detineat & ab hoc itinere retrahat metus belli impendentis quod in Oriente parari ajunt, protinus hoc abjecto Conſilio, ad mea ſtudia, & præſertim ad illius Veteris Teſtamenti verſionis græcæ ineditæ, quam in Veneta S. Marci Bibliotheca deſcripſi, Editionem converſus, dum mea Homerica Venetiis excuditur, ſimul ab humaniſſimo nec non & doctiſſimo Bejotio, Regiæ Bibliothecæ Cuſtode, petivi & impetravi duos illos recentiſſimos Arcadii Codices Manuſcriptos, ex quibus ea hic depromam, QVAE HANC LITEM DIRIMANT, ut merito ſperaverat Cl Burgess. Hunc autem Antiochenum Grammaticum, cujus Suidas memorat librum περὶ ὀρθογραφίας, & ὀνοματικὸν θαυμάσιον, ut vocat, & περὶ συντάξεως τῶν τοῦ λόγου μερῶν, laudant Salmaſius Epiſtola V. ad Voſſium, & de *modo uſurarum* in libro περὶ τόνων p. 256. & 257. & d'Orville in *Critica Vanno* c. X. p. 502.

Ἀρκαδίου περὶ τῆς τῶν τόνων εὑρέσεως καὶ τῶν σχημάτων αὐτῶν, καὶ περὶ χρόνων καὶ πνευμάτων, p 231 fol. Verſ. Codicis Regii 2102. & p. 2 fol. Verſ Cod 2603

Οἱ χρόνοι, καὶ οἱ τόνοι, καὶ τὰ πνεύματα, ἈΡΙΣΤΟΦΑΝΟΥΣ ἐκτυπώσαντος, γέγονε

πρός τε διάκρισιν τῆς ἀμφιβόλου λέξεως καὶ πρὸς τὸ μέλλον (forte μέλος) τῆς φωνῆς συμπάσης, καὶ τὴν ἁρμονίαν, ὡς ἐὰν ἐπᾴδοιμεν φθεγγόμενοι· σκέψαι δ' ὡς ἕκαστον αὐτῶν φυσικῶς ἅμα καὶ οἰκείως, καθάπερ τὰ ὄργανα, ἐσχημάτισται καὶ ὠνόμασται, ἐπειδὴ καὶ ταῦτα ἔμελλε τῷ λόγῳ ὥσπερ ὄργανα ἔσεσθαι· ἑώρακε γὰρ καὶ τὴν μουσικὴν οὕτω τὸ μέλος καὶ τοὺς ἀριθμοὺς σημαινομένην, καὶ πῆ μὲν ἀνιεῖσαν, πῆ δ' ἐπιτείνουσαν, καὶ τὸ μὲν βαρὺ, τὸ δὲ ὀξὺ ὀνομάζουσαν· εἰ δέ ποτε ἐπᾴδοιμεν, ἢ τέλεον ἀπολείποντες, ἢ πάλιν ἀνιέντες, τοῦτο σκληρὸν, τὸ δὲ μαλακὸν ἐκάλει, κατὰ τοῦτο καὶ ὁ Ἀριστοφάνης σημεῖα ἔθετο τῷ λόγῳ πρῶτα ταῦτα, ἵν' ἅμα συλλαβῆς καὶ λέξεως γενομένης, κανών τις ἕποιτο καὶ σημεῖα ὁμοιότητος. ἔπειτα τρίχα τεμὼν τὴν κίνησιν τῆς φωνῆς, τὸ μὲν εἰς χρόνους, τὸ δὲ εἰς τόνους, τὸ δὲ εἰς αὐτὸ τὸ πνεῦμα, καὶ τοὺς μὲν χρόνους τοῖς ῥυθμοῖς εἴκασε, τοὺς δὲ τόνους, τοῖς τόνοις τῆς μουσικῆς, καὶ σημεῖα ἔθετο ἐφ' ἑκάστῳ, καὶ ὀνόματα, τοῖς μὲν χρόνοις τὸ βραχὺ καὶ τὸ μακρὸν ἐπονομάσας, καὶ [illegible]ματα εἰκεῖα ποιησάμενος, τῷ μὲν μακρῷ τὴν εὐθεῖαν γραμμὴν καὶ ἀποτεταμένην, —, τῷ δὲ βραχεῖ τὴν συνεστραμμένην καὶ συνέχουσαν ὥσπερ ἑκατέρωθεν τὴν φωνὴν, ἐσημειώσατο ◡, τῶν δὲ τόνων, τὴν μὲν ἄνω τείνουσαν καὶ εὐθεῖαν, καὶ εἰς ὀξὺ ἀπολήγουσαν, οἰκείαν τοῖς βέλεσι τοῖς ἀφιεμένοις, ὀξεῖαν ἐπωνόμασε / τὴν δὲ ἐναντίαν ταύτῃ βαρεῖαν, κάτω φερομένην ὥσπερ ὑπό τινος ὀργάνου \. Ἐπειδὴ ἑώρα τὴν ἔξω τοῦ μέλους λέξιν, οὐ κατὰ τὸ βαρὺ μόνον, οὐδ' ἐν τῷ ὀξὺ καταμένουσαν, ἀλλὰ καὶ τρίτου τινὸς δεομένην τόνου· τοῦτο δὴ τοῦ περισπωμένου πρότερον ἑαυτῆς τῆς φωνῆς τὴν δύναμιν ἐσκοπεῖτο, καὶ ἐπεὶ συνέβαινε ταῖς περισπωμέναις λέξεσιν εὐθὺς ὑπ' ἀρχομένην τὴν φωνὴν ὀξύ τι ὑπηχεῖν, καταστρέφειν δὲ ὡς εἰς τὸ βαρὺ οὐδὲν ἀλλ' ἢ μίξιν καὶ κρᾶσιν ἐξ ἀμφοῖν, τοῦ τε ὀξέος καὶ τοῦ βαρέος, ἡγησάμενος εἶναι τὸ περισπώμενον, οὕτως αὐτῷ καὶ τὸ σχῆμα ἐποιήσατο· ἀφορμησάμενος γὰρ ἀλλήλαις τὰς εὐθείας ἑκατέρας, τήν τε τοῦ ὀξέος καὶ τὴν τοῦ βαρέος, ταύτην εἶναι τὴν περισπωμένην ἔλεγεν, ὥσπερ πως αὐτὴν ἐξ ἀμφοῖν τοῖν τόνοιν, ἐξ ὧν ἐγένετο Λ, ὀξυβαρεῖαν ὀνομάζων. ἐπεὶ δὲ ὁμοιότητα αὐτὸ τὸ σχῆμα τοῦ τόνου πρὸς τῶν γραμμάτων ἔμελλεν ἕξειν τὸ Λ, δεδοικὼς μή τι ἄρα ἐν τῇ παραθέσει τῶν γραμμάτων παραμιγνύηται τὴν ἀνάγνωσιν, βραχύ τι τὴν εὐθεῖαν τῶν γωνιῶν κλάσας, καὶ περιτείνας αὐτὰς ἓν ἡμικύκλιον, ἅμα τῷ σχήματι τῆς περισπωμένης καὶ τῷ νοήματι ἐπὶ τὸ οἰκειότερόν τε καὶ εὐφωνότερον μετέβαλλεν, ∽ ἀλλ' ἑκάστῳ πνεύματι οὐκ ἀτέχνως οὐδ' ἀμούσως τὰ σημεῖα ἐπέθετο· καθάπερ οἱ τοῖς αὐλοῖς τὰ τρήματα εὑράμενοι, ἐπιφράττειν αὐτὰ καὶ ὑπανοίγειν, ὁπότε βούλοιντο, κηρῷ τινι ἢ βόμβυξιν ὑφολκίοις (sic in Cod 2603. pro ὑφορκίοις quod in 2102,) ἐπετεχνήσαντο, ἄνω τε καὶ κάτω, καὶ ἔνδον τε καὶ ἔξω στρέφοντες ταῦτα οὑτωσὶ κἀκείνοις ὥσπερ κέρατα τὰ σημεῖα ἐποιήσατο τῷ πνεύματι, ἕν τι σχῆμα ἑκατέρῳ σημηνάμενος· τοῦτο δὴ τὸ τὸ ἓν ὥσπερ αὐλῷ ἐοικὸς, ὅπερ ἔνδον τε καὶ ἔξω στρέφων ἐπιφράττειν τε καὶ ὑπανάγειν (lege ὑπανοίγειν) τὸ πνεῦμα ἐδίδαξεν· ἐπιφράττειν μὲν γὰρ αὐτὸ καὶ ἐπέχειν, ὁπότε ψιλὰν ἐπιτάττοι· ἀφίησι δὲ καὶ ὑπανοίγει, ἡνίκα ἐπιπνέοντες ἡμεῖς δασέως λέγειν ἀναγκαζόμεθα.

Ἐποιήσατο δὲ καὶ τῇ πεπονθυίᾳ λέξει σημεῖα τά τε συναληλιμμένα ἡμῖν διακρίνοντα καὶ τὰ συγκείμενα, καὶ τὰ λελυμένα, οἷον τήν τε ἀπόστροφον νῦν καλουμένην ἐπὶ τοῖς συναληλιμμένοις τάξας, καὶ τὴν ὑποδιαστολὴν ἐπὶ ταῖς ἐπ' ἀλλήλων λυομέναις, καὶ αὐτὴν ὑποτείνουσαν εὐθεῖαν τὰ συγκείμενα, ἣν ὑφὲν οὕτως ὀνομάζομεν ἐπὶ τοῖς συμπεπλεγμένοις· τὰ δὲ σχήματα τούτων σὺν τοῖς ἄλλοις μετ' ὀλίγον γραφήσονται. ἀλλὰ καὶ τὰς στιγμὰς σημεῖα εἶναι οὐ μόνον τῇ λέξει, ἀλλὰ δὴ καὶ τῷ λόγῳ, διέταξεν, ἀνέσεις καὶ ἐποχὰς τῷ πνεύματι καὶ τῇ φωνῇ παρεχόμενος, καὶ χώρας αὐταῖς καὶ δυνάμεις ὡρισμένας διένειμεν. τρεῖς μὲν τὰς πρώτας καὶ κυριωτάτας μόνον νῦν λέξομεν, ἐπιτομῆς χάριν. τὰ δὲ αὐτῶν μέρη, ἐν τῷ περὶ περιόδων καὶ κώλων διείληπται καὶ ΝΙΚΑΝΟΡΙ ΤΩ ΕΡΜΕΙΟΥ ΕΝ ΤΩ ΠΕΡΙ ΚΑΘΟΛΟΥ ΣΤΙΓΜΗΣ γέγραπται. τὴν μὲν ἀπαρτίζουσαν ἀεὶ τὴν διάνοιαν τελείαν στιγμὴν ὑπέθετο, ἣν καὶ τίθησιν ἄνω κατὰ τὴν κεφαλὴν τοῦ στοιχείου, τὸ κῦρος ὥσπερ ἔχουσαν τοῦ λόγου, καὶ βαρύνουσαν τὴν φωνήν· τὴν δὲ ὑπὸ τῇ βάσει, ἣν καὶ ὑποστιγμὴν καλοῦμεν, οὐκ ἀπαρτίζειν μὲν τὴν διάνοιαν ὥρισεν, πόθεν δὲ τοῦ μέλλοντος εἰρῆσθαι ὑφιέναι μὲν ἠρέμα τοῦ πνεύματος, εἰς ὀξὺ τὸ λεῖπον ὥσπερ τοῦ λόγου τηροίη. τὴν δὲ μέσην καλοῦμεν ἀμφοτέρων, οὐδὲ αὐτὴν μὲν ἀπαρτίζειν τὴν διάνοιαν ἔταξεν, ἀναπαύειν δὲ ἐν καιρῷ τὸ πνεῦμα ἐπίσης τῇ φωνῇ χρωμένων, ἐπειδὰν ᾖ ὁ λόγος πολὺς καὶ μακρός. ὥρισε καὶ τοῖς τόνοις καὶ τοῖς πνεύμασι τεταγμένως περιπολεῖν τὴν λέξιν, τὸν μὲν ὀξὺν τόνον ἐν ἅπαντι μέρει καθαρῷ τόνου ἅπαξ ἐμφαίνεσθαι δοκιμάσας, καὶ μεμετρημένως ἐπὶ τοῦ πέρατος τῆς λέξεως, ὁπότε καὶ κυριεύοι τοῦ ὀνόματος ἢ παρὰ τὸ πέρας, ἢ τρίτον ἀπὸ τοῦ πέρατος· πόῤῥω γὰρ τοῦδε οὐ πρόεισιν, οὐδ' ἂν ἐπὶ μήκιστον εἴη τὸ ὄνομα· ὁπότε δὲ αὐτὸς ἐκτείνῃ τὴν λέξιν ὁ τόνος, τηνικαῦτα περισπώμενος γίνεται· ἄμφω γὰρ ἅμα ἀδύνατον, ὅτι ἐκ τοῦ ὀξέος καὶ τοῦ βαρέος ὁ περισπώμενος, ὥσπερ εἴρηται, γέγονεν. φαίνεται δὲ καὶ οὗτος τὰ πολλὰ ἐπὶ τοῦ πέρατος, ἐπὶ πόῤῥω δ' εὑρεῖν ἀδύνατον. ὁ δὲ βαρὺς τόνος ἅτε καὶ ἀπ-

λεπτὶς ὢν καὶ μικροτέραν ἔχων δύναμιν, ἀτάκτως καὶ ἀμέτρως περίεισι τὴν λέξιν ἁπανταχῇ, καὶ πολλάκις καὶ ὅπῃ τύχοι φαινόμενον· οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν πνευμάτων τὸ μὲν δασὺ κατὰ τὴν ἀρχὴν ἀεὶ φαίνεται, καὶ μέσον εἰ ὀλιγάκις συγκέοιτο τὸ ὄνομα· τὸ δὲ ψιλὸν οἷά τε ἀέρεον καὶ κεχυμένον ἀπεριόριστον ὂν ἁπανταχῇ· καὶ οἱ χρόνοι δὲ καὶ καὶ τὰ σημεῖα τῶν παθῶν τέτακταί πως φυσικῶς.

περὶ προσῳδιῶν.

Προσῳδίαι εἰσὶ δέκα, ὀξεῖα οἷον Θεός, / βαρεῖα, οἷον πάν \ περισπωμένη, οἷον πῦρ, ᐟ, μακρά, οἷον Ἄρης, —, βραχεῖα, οἷον Ἄρης, ◡, δασεῖα, οἷον ἥλιος, (, ψιλή, οἷον ἥλιος,) ἀπόστροφος, οἷον ἔφα᾽, ᾽ ὑφὲν, οἷον πασιμέλουσα, ὑποδιαστολή, οἷον Δία δ᾽, οὐκ ἔχε νήδυμος ὕπνος. διαιροῦνται δὲ αὗται εἰς τέσσαρα, εἰς τόνους, εἰς χρόνους, εἰς πνεύματα, καὶ εἰς πάθη.

Τόνοι μὲν τρεῖς, ὀξεῖα, βαρεῖα, περισπωμένη, χρόνοι δὲ δύο, μακρά, βραχεῖα, πνεύματα δὲ δύο, δασεῖα, ψιλή, πάθη δὲ τρία, ἀπόστροφος, ὑφὲν, ὑποδιαστολή· ὀξύτονον ὄνομα καλεῖται τὸ ἐπὶ τέλους ἔχον ὀξεῖαν, οἷον, σοφός, καλός· παροξύτονον καλεῖται τὸ πρὸ μιᾶς συλλαβῆς τοῦ τέλους ἔχον ὀξεῖαν, οἷον, φίλος, νέος· προπαροξύτονον ὄνομα καλεῖται τὸ πρὸ δύο συλλαβῶν τοῦ τέλους ἔχον τὴν ὀξεῖαν, οἷον φιλόσοφος, φιλόκαλος. περισπώμενον καλεῖται τὸ ἐπὶ τέλους ἔχον τὴν περισπωμένην, οἷον Ἡρακλῆς, Σοφοκλῆς· προπερισπώμενον καλεῖται, τὸ πρὸ μιᾶς συλλαβῆς τοῦ τέλους ἔχον τὴν περισπωμένην, οἷον δῆμος, κῆπος. πρὸ δύο οὖν συλλαβῶν περισπωμένη οὐ τίθεται, οὔτε ὀξεῖα πρὸ τριῶν συλλαβῶν εὑρίσκεται· ἡ δὲ βαρεῖα τίθεται τὴν τελευταίαν τρέπων εἰς αὐτήν, ὅτε ὁ λόγος τρέχει στιγμὴν μὴ ἔχων, οἷον καλὸς καὶ σοφὸς καὶ σεμνὸς καὶ ἀγαθὸς καὶ εὐσεβὴς ἀνὴρ ἐμοὶ συνδραμὼν διηλέχθη· πᾶσα λέξις τοῦ λόγου αὐτὴ καθ᾽ αὑτὴν ὀξύνεται· ἀλλ᾽ ἐν τῇ συνδρομῇ τοῦ λόγου μεταβάλλεται εἰς βαρεῖαν· κυλινδροειδὴς γάρ ἐστι, καὶ δεικνυσιν ὅτι στιγμὴν οὐκ ἔχει, καὶ δηλοῖ διὰ τῆς ἐπικλήσεως αὐτῆς ὅτι συνδέδεται ἔτι ὁ λόγος, συναπτομένης τῆς ἄνω λέξεως τῇ μετ᾽ αὐτήν· τίθεται καὶ ἐπὶ τέλους, οἷον, Πάν, δή.

Περὶ χρόνων.

Τῶν χρόνων οἱ μὲν μακροί, οἱ δὲ, βραχεῖς καὶ μακρὸς χρόνος ἐστὶ φωνήεντος ἔκτασις· βραχὺς δὲ τοὐναντίον, οὗ παραδείγματα πάντα τὰ βραχυκατάληκτα· τοῦ δὲ μακροῦ χρόνου ταῦτα κ.τ.λ.

Cum hiſce autem conferendus eſt Porphyrii libellus περὶ τῆς προσῳδίας à nobis in noſtris editus Anecdotis græcis p. 103. & ſeqq. Tomi ſecundi. Quoniam vero ineditus eſt ille Arcadius qui diligentiſſime & fuſe omnia proſodiæ præcepta exponit, hic juvat illius proæmium & capitum Indicem deponere:

Ἀρκαδίου περὶ τόνου τῶν ὀκτὼ μερῶν τοῦ λόγου, καὶ περὶ εὑρέσεως τῶν προσῳδιῶν, καὶ περὶ ἐγκλίσεως, καὶ ἐγκλινομένων, ἐν ᾧ καὶ περὶ πνευμάτων καὶ χρόνων.

Τὸ ἐφικέσθαι τῆς ἐν προσῳδίαις καθολικῆς ἀναλογίας ποθοῦντες, πρὸς δὲ τὸ μῆκος τῆς ἩΡΩΔΙΑΝΟΥ πραγματείας ἀπαγορεύοντες, ἡ δι᾽ ἐπιτομῆς παράδοσις ὀνήσει πρὸς τὸ βούλημα. σκόπει οὖν εἴ τι καὶ ἡμῖν ἤνυσται χρήσιμον εἰς συντομίαν, ἀλλὰ καὶ εἰς σαφήνειαν. ἐπεὶ γὰρ τὸ πολύυλον τῶν ὁρισμῶν ἐν πολλοῖς κανόσιν ἀθρόως κείμενον δυσάληπτον ἦν, καταδιῃρέθη τέτα, ἵν᾽ εὐληπτα γένηται διαιρεθέντα, ὑφ᾽ ἓν κείμενα τῷ Ἡρωδιανῷ. τὸ γὰρ ἅμα γένος, εἶδος, σχῆμα, κατάληξιν, παράληξιν, ἀρχήν, χρόνον, στοιχεῖον, πάθος, παρατηρεῖν, καὶ ὅσα ἄλλα, ἢ τὰ πλεῖστα τούτων, χαλεπὸν καὶ δυσέφικτον. ἐφ᾽ ἑκάστῳ δὲ τῶν τοιούτων ὁρισμῶν ἡ μὴ ἐπιπολλῆς ἅμα διὰ τῶν παραδειγμάτων εὐθὺς παράθεσις, ἀπαγορεύει διάνοιαν ὥστε ῥᾷον τοῖς ἄλλοις ἀκολουθεῖν. δεῖ δὲ τὸν ἐφ᾽ ἑκάστου κανόνος περιμένοντας λόγον, οὕτως ἔχειν αὐτὸν ἐντελῆ συναγόμενόν τε ἐκ τῶν κατὰ μέρος, ἵνα μὴ συντομία μόνον, ἀλλὰ καὶ σαφήνεια τοῖς ἐντευξομένοις ὑπάρξῃ. συντομίας δὲ χάριν παρεῖται τὸ διὰ ζητήσεως κανονίζειν τῶν ἀνατρεπομένων λόγον, τῶν δὲ κρατυνομένων· ἱκανὸν γὰρ τῷ κρατοῦντι λόγῳ πείθεσθαι περὶ τῆς ὀρθῆς προσῳδίας, ὅτε (lege ὥστε,) τῆς ὀρθότητος τοῦ Ἑλληνισμοῦ μὴ διαμαρτάνειν, καὶ τοῦ ταύτην συνιστῶντος λόγου μὴ ἀνεπιστήμονα ἔχειν· ἀλλὰ καὶ τὸ πολὺ πλῆθος τῶν παραδειγμάτων, καὶ ἡ περὶ τῶν ἀγνοουμένων ἐν αὐτοῖς ἐξήγησις, καὶ ἡ τῆς χρήσεως αὐτῶν πολλὴ παράθεσις καταλέλειπται τῷ συγγραφεῖ· κἀκεῖνα αὐτὰ λήψεται ὁ μὴ μόνον τὴν τῶν προσῳδιῶν ὀρθότητα ζητῶν, ἀλλὰ καὶ περὶ τὰς δυνάμεις καὶ χρήσεις φιλομαθῶν. Εὐθὺς οὖν τὴν ἐν τῷ προοιμίῳ διατριβὴν περιελόντες ἐνδεικνυμένην τὸ μέγεθος τῆς πραγματείας, καὶ τῶν πρότερον γεγραφότων τὸ ἐνδεὲς ἐλέγχουσαν, ἐπ᾽ αὐτὰ ἥξομεν τὰ πρὸς ἐπίγνωσιν τῆς ἀναλογίας κατεπείγοντα. Εἰ δὲ τὸ συντομώτερον τοῦ πρὸς ἡμῶν ἐπειγομένου πεποιήκαμεν, ὥσπερ ἐζήτητο, μετὰ τοῦ σαφεστέρου καὶ εὐσυνόπτου τοῖς πολλοῖς ἐπικρινεῖς.

Digitized by Google

Πίναξ τῆς βίβλου.

Τὸ μὲν οὖν πρῶτον βιβλίον περιέχει τὰ εἰς Ν λήγοντα ὀνόματα ὑπὲρ μίαν συλλαβὴν ἀρσενικὰ καὶ θηλυκά.

Τὸ δὲ δεύτερον περιέχει τὰ εἰς Ξ, καὶ εἰς Ρ, καὶ τὰ εἰς ΑΣ.

Τὸ δὲ τρίτον εἰς ΗΣ καταλήγοντα.

Τὸ δὲ τέταρτον, τὰ εἰς ΙΣ.

Τὸ δὲ πέμπτον, τὰ εἰς ΩΣ ὀνόματα λήγοντα πάντα καθαρά.

Τὸ δὲ ἕκτον, ἀπὸ τῶν εἰς ΒΟΣ ἀρξάμενον, συμπληροῖ τὰ εἰς ΛΟΣ· κατὰ γὰρ τὴν τῶν στοιχείων τάξιν ἡ παράδοσις καὶ ἐπὶ τῶν εἰς ΩΝ ληγόντων.

Τὸ δὲ ἕβδομον ἀπὸ τῶν εἰς ΚΟΣ μέχρι τῶν εἰς Ω ὀνομάτων.

Τὸ δὲ ὄγδοον, ἀπὸ τῶν εἰς ΡΟΣ, μέχρι καὶ ΨΟΣ, καὶ ἔτι περὶ τῶν εἰς ΟΣ οὐδετέρων.

Τὸ ἐννάτιον περὶ τῶν εἰς ΟΣ συνθέτων.

Τὸ δὲ δέκατον, περιέχει τὰ εἰς ΥΣ ἀρσενικὰ καὶ θηλυκά, καὶ τὰ ἔχοντα διφθόγγους πρὸ τοῦ Σ, ἔτι τὰ εἰς ΟΣ, καὶ Ψ.

Τὸ ἑνδεκάτιον, περιέχει τὰ εἰς Α λήγοντα θηλυκὰ ὀνόματα.

Τὸ δωδέκατον, τὴν εἰς Η κατάληξιν τῶν θηλυκῶν, καὶ τὴν εἰς Ω, μετὰ τῆς τῶν συμφώνων πάλιν τάξεως.

Τὸ τρισκαιδέκατον, περιέχει περὶ οὐδετέρων ὀνομάτων.

Τὸ τεσσαρεσκαιδέκατον, περιέχει πᾶν ὄνομα μονοσύλλαβον.

Τὸ δέκατον πέμπτον, τὰς πλαγίας τῶν ὀνομάτων κανονίζει, καὶ τοὺς κατὰ κλίσιν ἀριθμούς, καὶ τοὺς κατὰ θέμα εἰρημένους.

Τὸ ἑκκαιδέκατον, περιέχει πᾶν ῥῆμα καὶ πᾶσαν μετοχήν.

Τὸ δέκατον ἕβδομον, περιέχει πᾶν ῥῆμα τῶν εἰς μι, καὶ περὶ συνθέτων ῥημάτων.

Τὸ δέκατον ὄγδοον, ἀντωνυμίας, ἄρθρα, καὶ προθέσεις περιέχει.

Τὸ δέκατον ἔννατον περιέχει ἐπιῤῥήματα καὶ συνδέσμους.

Ex hoc autem proœmio apparet Arcadii opus nihil aliud eſſe niſi Herodiani τῆς καθόλου ἐπιτομήν, cujus aliam quoque confecerat Theodoſius, quam a ſe lectitatam adfirmat Bentlejus p. 37. Epiſtolæ ad Johann. Millium, de quo vide Fabricium Bibliothec. græc. T. VII, p. 10, qui ibid. p. 47. memorat ejusdem Theodoſii Alexandrini *Erotemata grammatica* & opuſcula de *proſodia*, *de pedibus*, *carminum generibus* &c. in Bibliotheca Vindobonenſi ſervata, quæ & in Regia Pariſienſi delitescere No. 2553, 2554, 2555, 2831, & 1270. &c. e Catalogo didici, quæque ex hac τῆς τοῦ Ἡρωδιανοῦ προσῳδίας καθολικῆς ἐπιτομῇ decerpta ſuſpicor. Probabile autem eſt noſtrum Arcadium ex eadem Herodiani καθολικῇ προσῳδίᾳ quam XX. libris conſtantem, & Marco Antonino, qui A. C. 180. obiit, dicatam κατὰ πόδα ſecutus eſt, ea omnia hauſiſſe quæ notatu digniſſima refert de Ariſtophane Byzantio, eorum omnium ſignorum inventore quibus accentus, ſpiritus, breves & longæ ſyllabæ, diſtinctiones & ſubdiſtinctiones, notatæ ſunt. Ariſtophanes vero Byzantius, cui hanc laudem aſſeruimus, Callimachi, Zenodori Epheſii &c. diſcipulus, & Ariſtarchi τοῦ κριτικωτάτου præceptor, ſub Ptolemæo Epiphane, annis ante Chriſtum circiter ducentis, Olympiade 145. floruit; de quo vide Bayl. in ſuo Lexico, voce *Ariſtarque*, not. A. &c. &c. Sed nemo enucleatius & diligentius accentuum doctrinam perſecutus eſt quam Cl. Fridericus Volgangus Reizius, doctiſſimus græcæ linguæ Profeſſor Lipſienſis, in *Proſodia græca accentus inclinatione*, cujus pars prima prodiit Lipſiæ 1775, Epimetron partis primæ & pars ſecunda ibidem anno 1782. in 4to. edita ſunt.

Salmaſius in eruditiſſima illa ad Sarravium Epiſtola 183[a]. cujus ſupra meminimus, obſervat poſt inventas diſtinctiones, ſubdiſtinctiones, ſpiritus, accentus, totamque adeo προσῳδίαν ab Ariſtophane Grammatico, Inſcriptiones, imo & libros ab Antiquariis ſecundum antiquas rationes, nempe ſine accentu ullo, & ſine ulla diſtinctione ſcribi ſolitos fuiſſe; Sed poſtea Grammaticos, qui codices emendabant, recenſebant, & conferebant cum antiquioribus & emendatioribus Codicibus, diſtinctiones, accentus & ſpiritus apponere ſolitos fuiſſe: Unde monet in multis Codicibus apparere, ſcripturam eſſe ab antiquiore manu quam accentus. Sic hodie in Oriente, ut jam diximus p. 137 noſtrorum *Anecdotorum Græcorum*, Arabicæ & Perſicæ linguæ Magiſtri puncta vocalia diligenter apponunt in iis libris, quos ſuis prælegunt diſcipulis, ac præſertim in locis obſcuris, & ambiguis verbis, quemadmodum Grammatici in ſcriptis quæ ſuis Auditoribus interpretabantur, accentus & diſtinctiones notabant. Hinc Montfauconius in *Palæographia Græca* L. I. c. 4 p. 33: „Ariſtophanes Byzantinus προσῳδίαν, ſive accentus „excogitavit.... id eſt, ſigna & formas in„venit.... (cum antea pronunciarentur tan„tum, non autem depingerentur) verum hæc „omnia ante ſeptimum ſeculum a librariis „neglecta prorſus videntur; nam Codices ve-

Digitized by Google

„ tuſtiſſimi quinti ſextive ſæculi iis prorſus ca-
„ rent: quare ante ſeptimum ſæculum in ſo-
„ lis, Grammaticorum libris obſervata fuiſſe
„ videntur. Quæ vero dicimus, de viſis tan-
„ tum." At ſæculo jam IV. Codices Veteris
Teſtamenti Græcos, & quidem Eccleſiæ publi-
cos diſtinctos fuiſſe ſignis ſpirituum, ex quo-
dam S Auguſtini loco, qui omnium Auctorum
de ſpiritibus eorumque antiquitate differentium
fugerat diligentiam, didiciſſe ſe monet idem
ille perſpicaciſſimus Franciſcus Antonius Knit-
tel, qui lynceis oculis in pretioſiſſima illa Guel-
pherbytana Bibliotheca acutiſſime detexerat &
indicaverat p 260 & ſeqq. *Commentarii ad Ulphilæ Verſionem Gothicam* unicum illum in
toto terrarum orbe Codicem, & eum quidem
reſcriptum, qui, quod ſummam Antiquitatis
notam præ ſe fert, & in nullo alio deprehen-
ſum fuerat a Montfauconio & doctiſſimis *no-
væ Diplomaticæ* Auctoribus, priſcam illam
quadratam repræſentat formam E, cui ab omni-
bus aliis Codicibus huc usque notis exulanti,
recentiorem ſemicircularem, ſeu lunatam figu-
ram Є, ſubſtituerunt Librarii ταχυγραφίας
cauſa. Locus autem S Auguſtini quem laudat
Cl. Knittelius in eodem eruditiſſimo *Commen-
tario ad eamdem Ulphilæ Verſionem Gothicam
nonnullorum Capitum Epiſtolæ Pauli ad Ro-
manos* p. 257. ſic ſe habet L I *Quæſtionum
in Heptateuchum*, & quidem *Quæſtione* CLXII.
in Geneſin ad locum Geneſ XLVII, v. 317,
(de quo vide doctam Cl Henrici Auguſti
Zeibich commentationem inſcriptam *Jacobum
ad caput ſcipionis adorantem* Geræ 1783
„ *quod habent*, inquit Auguſtinus, *Latini Co-
„ dices, & adoravit ſuper Caput virgæ ejus*,
„ *nonnulli Codices emendatius habent, adora-
„ vit ſuper caput virgæ ſuæ; vel in capite vir-
„ gæ ſuæ, ſive in cacumine, vel ſuper cacumen:
„ fallit eos enim verbum græcum, quod eisdem
„ litteris ſcribitur, ſive* EIVS, *ſive* SVAE; ſed
„ ACCENTVS DISPARES SVNT, ET AB IIS
„ QVI ISTA NOVERVNT, IN CODICIBVS
„ NON CONTEMNVNTVR. *Valent enim
„ ad magnam diſcretionem, quamvis & unam
„ plus litteram habere poſſet, ſi eſſet* SVAE,
„ *ut non eſſet* ATTOT, ſed HEATTOT."
At vero monuimus p. 122. T. II. noſtrorum
Anecdotorum græcorum, poſt inventum aſpi-
rationis ſignum, ſcilicet τὸ H, quod in veteri
Alphabeto Attico non τȣ͂ ETA locum tenuit,
ſed ad adſpirandum valebat, obſervante Cl.
Mazochio, in *Prodromo* ad *Heracleæ Pſephiſ-
mata p* 122. τὸ H vocalibus aſpirandis præfi-
xum fuiſſe. Idem ibidem Mazochius p. 126.

„ in vetuſtiſſimo ſigeo Marmore Chiſulliano
HEPMOKPATOΣ legitur, & aliis tribus
vicibus idem H uſurpatur. Marmor illud quod
jure Montfauconius bello Peloponneſiaco æqua-
le fecerat, ſic incipit HOIΔE, pro OIΔE
...... videſis cætera. In celebri Farneſiana
Columna, cujus ſcilicet Auctorem Herodem
Atticum ſubiit æmulatio imitandæ priſcæ At-
ticorum orthographiæ, nunquam Atticum H,
quod Latinæ aſpirationi reſpondet, ſuis locis
deſideratur. Sic HO, pro ὃ, *quod*; HO-
ΔOI, pro ὁδῷ *via*; HERODO (ubi nulla eſt
littera, quam non Latinam dixeris, cum ta-
men ſcriptura ſit mere Attica." Confer cum
Mazochio Spanheimium de *præſtantia & uſu
numiſmatum*, *Diſſertat.* II^a. p. 95. T. I, Ed.
Londin. 1706. doctiſſimum illum & ſupra no-
ſtras laudes poſitum Principem *di Torremuz-
za*, cujus amicitia glorior, p. 319. *Antich.
Iſcrizion. di Palerm.* & Cl. Joſephum Mori-
ſanum in *Inſcriptionibus Reginis* p. 316. &
ſeqq. hujusce autem rei jam obſervavi p. 123.
ſecundi tomi *meorum Anecdotor. græcor.* im-
memorem fuiſſe eruditiſſimum illum Gorium,
qui p 70. & 71. partis poſtremæ *Inſcriptio-
num in Etruriæ urbibus exſtantium*, lapſus
eſt, Epigraphen, in qua legitur HOMANTIΣ,
vertens, *qui quæ vates*, & putans hoc ambi-
guo ſexu dici, quemadmodum dicitur, *ſive
Deus, ſive Dea ſis*; cum contra HOMAN-
TIΣ nihil aliud ſit quam ὁ μάντις, ſecundum
Cl. Gorii Interpretationem dici debuiſſet ὁ ἢ
ἡ μάντις, non autem ὁ ἡ μάντις. Sic igitur in
Codicibus Biblicis emendatioribus quorum me-
minit S. Auguſtinus a Cl. Knittelio laudatus
HEATTOT, cum H præfixo, quod hic eſt
antiquum aſpirationis ſignum, idem valet
quod ἑαυτȣ͂.

Cl Knittelius addit doctiſſimos Benedicti-
nos, (*nouveau traité de Diplomatique T. I.
ſec part. Sect II Chap XVI p* 699—703.)
recenſere Codicem Veteris Teſtamenti Manu-
ſcriptum de *l'Abbayé St. Germain des prés*,
inſtructum ſpiritibus accentibusque, *eadem
qua Textum ſcripſit*, *manu* exaratis, quem
ſæculo V. jam extitiſſe, ſingulari plane ac me-
morabili quadam ratione probant. Sed qui
ipſummet doctiſſimorum Benedictinorum opus
adibit, is, quod pace præſtantiſſimi Knittelii
dictum ſit, protinus videbit eos non affirmare
in hoc Codice accentus & ſpiritus eadem qua
Textum, manu ſcriptos fuiſſe, ſed duntaxat
obſervare ſe non ſperare fore ut omnes in hoc
uno conſentiant cum Cl. Montfauconio qui
Bibliotheca Coisliniana p. 1. & 2. *ſuſpicatus*

Digitized by Google

fuerat Accentus illos qui in hoc *Textu Biblico reperiuntur*, *non ab initio poſitos*, *ſed deinde altera manu exaratos fuiſſe: Quod*, inquit, *comprobari videtur ex ipſa accentuum ſpirituumque forma*, *minus eleganti minusque firmo calami ductu depicta.* Multo aptius igitur Cl. Knittelius laudaviſſet hunc locum ejusdem novæ Diplomaticæ p. 480. & 481. T III: „*Les accents ſont fort anciens dans l'écriture grecque*, *comme Videlius*, (Journal des Sçavants de 1709, p. 295 *le montre par divers Auteurs. On les fait remonter jusqu'à la CXLV. Olympiade*, *c'eſt-a-dire*, *environ deux ſiecles avant Jeſus-Chriſt. Une origine ſi reculée ne permet pas de croire*, *que l'uſage des accents ne ſe ſoit introduit dans les MSS grecs qu'au VI Siecle. Si l'on en trouve de ce temps*, *& même de plus anciens*, *où les accents ne paroiſſent pas; c'eſt ſans doute parceque les Grammairiens ou correcteurs*, *chargés de la ponctuation*, *ont negligé de les marquer. Les Feuillets* 162. *&* 163. *du Mſ. du Roi* 107. *expoſés à un certain jour*, *laiſſent apperçevoir une ancienne écriture grécque à deux Colonnes ſur laquelle on a recrit le texte de St. Paul. On voit dans l'écriture éffacée des eſprits & des accents. Preuve que l'uſage en eſt plus ancien que l'écriture des Epitres de S Paul*, *qu'on croit cependant du V ou VI. Siecle.* Spiritus ab antiquis notatos & expreſſos fuiſſe ſic docent inedita in Dionyſii Thracis Τεχνην Γραμματικην Scholia, quæ protulimus p 131 T. II Anecdotur græc Χαρακτῆρες μέν εἰσιν εἴκοσι τέσσαρες οἱ δὲ παλαιοὶ ἄλλως ἐξεφώνων τὸ α μακρὸν, καὶ ἄλλως τὸ βραχὺ, καὶ ἄλλως τὸ δασὺ, καὶ ἄλλως τὸ ψιλόν ΕΝ ΔΕ ΧΑΡΑΚΤΗΡΣΙ ΑΠΕΤΥΠΟΥΝ ΤΟ ΠΝΕΥΜΑ. Plutarchus in *Platonicis Quæſtionibus*, T. II p. 1009 Ed. Par. 1624: ὥσπερ τὰ στοιχεῖα ποικίλλουσιν οἱ τὰ πνεύματα καὶ τὰς δασύτητας αὐτῶν, ἐκτάσεις τε καὶ συστολὰς ἐνίων, αὐτὰ καθ' αὐτὰ στοιχεῖα τιθέμενοι, πάθη μᾶλλον ὄντα καὶ συμβεβηκότα· καὶ διαφορὰς στοιχείων, ὡς ἐδήλωσαν οἱ παλαιοὶ, διὰ τῶν ἑκκαίδεκα φράζοντες ἀποχρώντως, καὶ γράφοντες κ. τ. λ. Quæ quidem Plutarchi verba, τὰ στοιχεῖα ποικίλλουσιν οἱ τὰ πνεύματα, καὶ τὰς δασύτητας αὐτῶν, ΕΚΤΑΣΕΙΣ ΤΕ ΚΑΙ ΣΥΣΤΟΛΑΣ ΕΝΙΩΝ ΤΙΘΕΜΕΝΟΙ, demonſtrant antiquos Grammaticos non ſolum librariorum errores correxiſſe, diſtinctiones, accentus & ſpiritus Codicibus quos conferebant, addidiſſe, ſed etiam brevium ac longarum ſyllabarum notas, quarum formæ noſtris prorſus erant ſimiles, in dubiis locis appoſuiſſe; quod non ſemel deprehendi in egregio Codice Homerico S Marci Bibliothecæ Venetæ CCCCLIV. Imo e Porphyrii libello περὶ προσῳδίας hactenus inedito declaravi p. 118. & 119 meorum Anecdotor græc. T II. eosdem Grammaticos accentum gravem in ſingulis notaviſſe ſyllabis, quæ proprium non haberent, & ſcripſiſſe Θὲὸδὼρὸς, Θὲὸδὸσιὸς &c. Sed hunc uſum, ante hujusce libelli Editionem prorſus ignotum, cujusque nulla in noſtris Codicibus veſtigia, jam obſoleviſſe ante Dionyſii Thracis ætatem, qui Ariſtarchi Grammatici diſcipulus & Tyrannionis prioris Præceptor, Romæ docuit Pompeji Magni tempore. Accentus autem Ariſtotelis tempore pronunciatos quidem, ſed non ſcriptos fuiſſe, argui poteſt ex hujusce Philoſophi loco de *elenchis Sophiſtarum* c. 3. & ex altero *de Poëtica* c. 25. p. 674 T. II. Ed Duval Pariſ. 1619. Spuriam & fictitiam eſſe Inſcriptionem illam quæ anno 1743. inter rudera Herculanenſia eruta, *curſivis*, ut ajunt, literis nigris & rubris in pariete exarata, notatur ſpiritibus & accentibus, quorum, ut & literarum, forma ad hodiernam nimis accedit, & recentiſſimam prodit manum, & exhibetur *Pitture antiche d'Ercolano* p. 34. & in Tabula ſecundo noſtrorum Anecdotor græcorum Tomo ſubjecta No. 1. memini me obſervare in his ipſis Epiſtolis Vinarienſibus, quas hic non habeo, cum Turici nunc excudantur, dum hanc Appendicem, quæ inſtar ſpeciminis haberi poteſt meæ criticæ Palæographiæ græcæ quam jamdudum meditor, raptim, urgente prælo Turicenſi, ſcribo Lutetiæ in meo Muſeo die 2. Junii 1783.

Digitized by Google

005641096

Digitized by Google

Digitized by Google